

novationes obiciatur. Et id genus alia facienda, quae ad talem protestationem consona visa fuerint. Hac ratione confidimus adducendum fore Regem et multos ex Senatoribus in sententiam nostram.

Quod in nobis est, nomine nostro et totius Cleri afflicti promittimus ipsis Rev.mis D.nis Episcopis assistere velle et omnia nostra Ecclesiarumque nostrarum et, quae in manibus et facultatibus nostris sunt, parati [182v] sumus profundere, et insuper corpora nostra in Catholicae fidei nostrae defensionem.

Quo etiam in casu omnia Summo Pontifici deferenda essent, ut Sanctitas Sua in spiritu lenitatis primum salubriter eum admoneret, etiam cum advocacy Imperatoris et aliorum Regum, ne officio suo Maiestas Regia desisset, postea etiam comminationibus utendum esset, Sanctitatem Suam nempe processuram contra Suam Maiestatem, si non resipuerit, sicut contra talem, qui ab Universali Ecclesia sese amovere conatur. Sed absit, quod ad tam fortia remedia deveniendum esset, Christianissimum enim, Dei gratia, Regem habemus et Sanctae Apostolicae Sedis obedientissimum filium.

Et quia inter causas haereseos illa etiam [183r] adnumeratur, quod pueri mittebantur ad studia Germanica, placeret quod omnino ratio inveniretur, ut pueri nostri in Regno erudirentur, vel in Collegiis erectis, ut est Posnaniense<sup>603</sup>, vel apud Cathedrales Ecclesias cum contributione Monasteriorum, et prout alias in Sinodo provinciali constitutum fuit<sup>604</sup>, quod tamen nullam habet executionem. Et tunc exigenter poenae a legibus nostris statutae contra mittentes filios ad studia peregrina<sup>605</sup>, et nulli, qui in hoc delinqueret, parceretur, quacumque praefulgeret dignitate.

Utile etiam foret et valde necessarium, ut duo saltem ad minus Episcopi, viri boni et Deum timentes, semper essent praesentes in Aula Regia, qui quanto Principi familiariores [183v] essent, plura in negotio Religionis praestare possent. Nam Rev.dus D.nus Vicecancellarius tanta negotia contra tot Religionis oppugnatores vix solus sustinere valet<sup>606</sup>. Qui etiam Praelati iudiciis regis ferendis interessent, prout eorum Praedecessores facere solebant, et fidei ac Ecclesiarum negotia, iura ac libertates tutarentur et viduarum, pupillorum ac pauperum personarum defensores existerent. Ita enim fieret, ut ex ore clementissimi Regis nullum iudicium, nisi rectum, nisi iusta lance libratum prodiret.

Admonendi quoque videntur Rev.mi Domini summa diligentia, ne Comitibus particularibus, in quibus nuntii terrarum ad Comitatus maiora eligi solent,

<sup>603</sup> Academia Lubransiana, cfr. supra, N. 94.

<sup>604</sup> Statuta synodorum provincialium Petricoviae a. 1542 (cfr. Subera, p. 91) et a. 1551 (ibidem, p. 99-100) celebratarum.

<sup>605</sup> Decretum Sigismundi I die 4 II 1535 latum, quo prohibebantur studia in universitatibus Lutheranis in Germania, in synodis provincialibus Petricoviensibus a. 1539, 1542 et 1544 in memoriam revocabatur (cfr. Subera, p. 87, 91, 95).

<sup>606</sup> De conatibus vicecancellarii Przerembski apud regem ad proscribendos "protestantes" susceptis vide supra, N. 97.

interesse dedignentur et quam maxime curent, ut viri Catholici in [184r] Nuntios deligantur, quos et officiis et beneficiis sibi conciliare studeant. Non frustra enim dicitur, imo vulgari proverbio: Panem esse multorum conciliatorem.

Hac nobis visa sunt in tam difficili consultatione V.rae Rev.mae Dominationi suggerenda. Quae omnia prudentissimo in primis Ss.mi Domini Nostri eiusque Sacri Senatus atque amplissimae Dominationis V.rae iudicio subiicimus, utque illud Spiritu Sancto suo gubernet D.num Deum precamur.

### N. 99.

**Aloisius Lippomano**  
**Paulo IV, pontifici maximo**

Lovicii, 18 VI 1556.

*Mittit residuas testium depositiones, in processu contra epum Vladislaviensem (Ioannem Drohojowski) instituto factas, et suadet, ut severiora in eum consilia capiantur. Adiungit etiam depositiones, maxima cum difficultate exceptas, contra epum Cracoviensem (Andream Zebrzydowski) et ob testium et suam ipsius securitatem petit, ut eas secretas teneat. Plura de hac re papam ex litteris suis ad card. Iacobum Puteo datis intellecturum esse nuntiat.*

**Cop. coeva:** Milano, BA, ms. D 175 inf., f. 143r (non accessibilis).

**Cop. XVI saec.:** Roma, APUG, ms. 588 f. 132v-133v

**Cop.:** Torino, AS, Racc.Mongardino, ms. 82 f. 307v-308r.

**Cop.:** Venezia, BM, Ms. It. V 16 (5668) f. 289r-v.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 851 f. 275v-276v.

- **Ed.:** Rykaczewski I, p. 26-27.

Ss.mo Domino Nostro

Ss.me et Beatissime Pater.

His literis annexae erunt nonnullae testium depositiones contra Vladislaviensem Episcopum de speciali Sanctitatis Vestrae mandato sumptae, prae-



ter eas, quas mense Aprili praeterito ad eam misi<sup>607</sup>. Res haec, Pater Beatissime, omnino correctione indiget, et quidem, meo iudicio, gravi, ut unius exemplum sit metus multorum. Iam hic ex Episcopis quidam, ut videtur, haeretica labe sunt infecti, quidam nudum Episcopi nomen gerunt, nihil re ipsa penitus praestantes, paucissimi vero inveniuntur super suo grege vigilantes. Proinde sciat Sanctitas V.ra Patrem hunc ad eam vocandum minime venturum et excusationes atque defensores illico reperturum. Sed parietes et lapides contra eum [133r] clamant. Ipsa pro sua prudentia considerabit qua via iste comprimi possit, quod si factum non fuerit, credat pro certo Sanctitas V.ra auctoritatem et obedientiam suam magnam hic passuram esse iacturam.

Mitto etiam testificata nonnulla contra Cracoviensem Episcopum, cum maxima difficultate excepta<sup>608</sup>. Quae omnia penes se servare dignetur, cum ob testium ipsorum, tum ob meam ipsius, qui Sanctitatis V.rae opus sum, securitatem. Quaedam his de rebus Rev.mo D.no Cardinali de Puteo cum Sanctitate V.ra conferenda scribo<sup>609</sup>, per cuius manum et literas super hoc negotio de eiusdem mandato accepi<sup>610</sup>. Ad quas, ne ei molestior sim, me refero. Omnipotens Deus Sanctitatis V.rae apostolatum [133v] diu felicem et incolumem nobis conservet. Datum Lovitii, 18 Iunii 1556.

Eiusdem Sanctitatis V.rae addictissimus servus

A[loisius] Lipomanus indignus Episcopus Veronensis

## N. 100.

**Aloisius Lippomano**  
**Paulo IV, pontifici maximo**

Lovicii, 21 VI 1556.

*Nuntiat se, cum nullum hactenus ad epistulas suas habuerit responsum, servitorem suum ad eum mittere, per quem sententiam eius de negotiis in proximis regni comitiis tractandis cognoscere velit. Significat se, licet habeat licentiam in Italiam redeundi, usque ad comitiorum conclusionem in Polonia remansurum esse, ne postea in se et in Sedem Apostolicam reiciatur culpa, si forte*

<sup>607</sup> Cfr. supra, N. 60 (mandatum) et N. 89 (primae partis processus missio). Totus processus contra Ioannem Drohojowski publicatur in A. 18.

<sup>608</sup> Vide processum contra Andream Zebrzydowski in A. 19.

<sup>609</sup> Vide infra, N. 102.

<sup>610</sup> Cfr. supra, N. 66.

*res catholicorum infelicitate ceciderint. Transmittit responsa capitulorum cathedralium Maioris Poloniae et Masoviae ad interrogationes de reformatione ecclesiastica eis factas, cum una cum archiepiscopo (Dzierzgowski) dioeceses eorum visitarent. Petit, ut detur responsum de convocando concilio et vita cleri reformanda, quod a rege postulatum fuit et revera summe necessarium esse videtur, nam in Polonia beneficia ecclesiastica immodice cumulantur, opulentiae abbatiae in commendam dantur, dum monachi miseriam patiuntur et eorum numerus minuitur. Suo itaque iudicio, ut eiusmodi malis inveniatur remedium, cardinalis legatus in Poloniam mittendus est, qui - similiter ac Petrus epus Capuanus a. 1197 fecerat - clerum ad perficiendam renovationem auctoritate sua cogat, regem vero ad eos in hoc adiuvandos adducat; affirmat se ipsum ad hoc peragendum minus idoneum esse, tum ob aetatem provectam et infectam valetudinem, tum propter mortem unici fratris sui (Thomae), tum denique quod dioecesis sua Veronensis sollicitudine ac cura sua indigeat, ubi sumptuosi campanilis aedificatio exigat, ut in nuntiaturam minus pecuniae impendere cogatur, ad quam sustentandam - praeter 1500 scutatos nummos ab eo acceptos - iam 2500 et ultra scutatos de suo erogaverit. Rogat, ut vitae cleri reformationem in Polonia ita foveat, sicut eam in Anglia adiuvat. Notum facit regem, ad instantiam archiepiscopi, vicecancellarii (Przerembski) et suam, decreta adversus haereticos tulisse, quae tamen executioni minime mandentur; loco autem comitiorum ad 24 VIII Petricoviae indictorum regem ad 14 IX conventum senatorum Varsaviam convocasse, quod nonnulli ad prorogandam suspensionem iurisdictionis episcoporum in haereticos factum esse arbitratur. Nuntiat se ad eiusmodi conventum iturum esse, ut regi et senatoribus totam dicat veritatem, propterea breviter sibi mitti petit ad eos directa, firmam postulationem continentia, ut leges contra haereticos latae (quarum exemplaria adiungit) severae executioni mandentur, concionatores peregrini regno pellantur, templa catholicis vi ablata reddantur et episcopis adempta iurisdicatio restituatur. Mittit apographa ex "Historia Francorum" Gregorii Turonensis, admonitionem continentia, quam s. Avitus Viennensis Gundebaldo Burgundiorum regi olim fecerat, et excerpta ex Annalibus (Ioannis Dlugossii, Poloni) de excommunicatione, quam papa Gregorius VII regi Boleslao Audaci nuncupato propter interfectionem s. Stanislai inflixerat. Accludit librum contra primatum Romani pontificis scriptum et opportunum esse censet, ut doctus quidam theologus ad eum respondeat. Laudat vicecancellarium (Przerembski), quem ad coadiutoriam Gnesnensem commendat, litteras eius adiungit et rogat, ut in lite, quam de beneficio quodam in Curia habet, foveatur et adiuvetur. Petit etiam, ne papa episcopis Polonis indultum concedat conferendi beneficia in mensibus pontificiis vacantia. Refert de colloquiis cum nuntio Ioannis Tarnowski habitis, qui sibi et archiepiscopo tradidit instructionem, in qua petit communionem sub utraque, connubium sacerdotum et linguam Polonicam in sacris usurpandam; exemplar huius instructionis et sui ad eam responsi adiungit et suggerit, ut papa breve quidem benevolum et blandum, repulsam tamen continens, ad eum dare velit. Nuntiat se et*

*archiepiscopum in animo habere capitula cathedralia ad "colloquium" convocare. Petit praeterea, ut archiepiscopo mittatur breve pro humanitate sibi exhibita ei gratias agens; ut restituatur archiepiscopatus Pragensis et epo Grechetto interdicatur, ne sacerdotes schismaticos Bohemos Venetiis ordinare pergat; ut in ecclesiis a schismaticis in Bohemia profanatis sacra permittantur. Refert de Iudaeis Sochaczewiensibus igne crematis et causae totius acta transmittit; annectit litteras (Stanislaw Golański) de simili casu, qui Calissiae obvenerat, narrantes. Annuntiat se, nisi responsum tempori acceperit, vel si comitia revocata fuerint, in Italiam reversurum esse.*

**Cop.:** Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 179r-186r.

**Summarium:** BV, Barb.Lat. 5806 f. 183r-184v. In margine inveniuntur annotationes super decisionibus papae, alia manu confectae, quod demonstrat summarium ad usum papae concinnatum fuisse; quae annotationes postea in componendo responso adhibitae erant (vide N. 109). In fine textus (f. 184v) eadem manu: "Sommario d'una lettera del Nuntio di Polonia di molti capi", et supra alia manu: "Pier".

#### Lettera scritta a Nostro Signore a 21 di Giugno 1556

Ss.me ac Beatissime Pater. Perché qui è venuta nuova che V.ra Santità ha inviato il Rev.mo et Ill.mo nipote suo Legato in Francia per negotiar la pace tra quelli doi Principi Christiani<sup>611</sup>, il qual negotio prego il Signor Dio si degni prosperare et terminare secondo il giusto desiderio di V.ra Beatitudine, et perché da lei non ho ordine di scrivere ad altro che ad esso Rev.mo Carafa<sup>612</sup>, per non errare son forzato indrizzar queste mie a V.ra Beatitudine, finché habbia da lei altro ordine. Le quali anco mando per un mio servitore apposta<sup>613</sup>, a causa ch'io ne possa conseguir da lei risposta, perché acciò ch'ella sappia il tutto, posso dire non haver havuto avviso alcuno da V.ra Santità dopo ch'io son in questo Regno, et di tante cose d'importanza che l'ho scritto, nelle quali bisognava saper la sua buona volontà, affinché mi sapesse governare in tanto carrico, per gli mei peccati non l'ho potuta mai intendere. Per ritrovarmi dunque nello stato dove io mi trovo, con un Convento del Regno alle spalle, nel quale, come dubito s'ha da fare qualche gran moto nelle cose della Religione, non ho voluto più tardare et ho spedito [179v] via il messo, pregando humilissimamente V.ra Beatitudine per quel Santo Regno, si degni

<sup>611</sup> De missione card. Caroli Carafa in Galliam vide supra, N. 93.

<sup>612</sup> Vide supra, N. 16.

<sup>613</sup> Servitor ille fuit quidam Polonus, nobis de nomine ignotus, qui 13 VII 1556 Vindobonam advenit, ut testatur adnotatio in registro litterarum oratoris Veneti Vindobonae, Pauli Tiepolo, eodem die ad Consilium Seniorum datatum: "Espedito per il Polacco, servitor del Rev.mo Nuntio" (reg. Venezia, BMC, ms. Cicogna 255 f. 81v).

farlo ispedir subito adietro, acciò che habbia in tempo et inanzi il Convento la risposta, per sapermi governar in esso.

Scrissi per duplicate mie all'Ill.mo Signor Card. Carafa, facesse saper a V.ra Santità che avvenga ch'io havessi havuto da lei licenza di partirmi dal Regno ogni volta ch'io volessi et che il farlo sia mia grandissima commodità per molti miei particolari rispetti<sup>614</sup>. Nondimeno, per non abandonar il Regno nel suo maggior bisogno et lasciarlo al tutto in preda degli heretici, et per contento delle persone pie et fedeli, io havevo deliberato fermarmi qui fin'alla celebratione della Dieta inclusive, et veder s'io potevo far qualche bene in quella, ovvero almeno impedire che non si facesse tanto male. Perché certamente vedevo che ogni mala piega di questo Regno sarebbe imputata sopra le spalle di V.ra Beatitudine, come quella che havesse havuto un ministro di qua che se ne fusse fuggito per paura et non havesse havuto ardire di mostrar la faccia a gli nemici. Perché qui si gioca volentieri a scarrica barrile. Il Re l'attacca a gli Prelati et al Clero, questi, all'incontro, al Re et agli suoi Senatori. Onde facilmente si sarebbero poi tutti accordati insieme a dire che la colpa dell'heresie qui fusse stata tutta di V.ra Santità, né sariano mancate delle buone persone che l'harebbono creduto. Ma farò col mio star qui che'l mondo conosca che non per conto di V.ra Beatitudine, né mio, han voluto essere<sup>a)</sup> heretici. Se così però vorranno essere, il che prego il Signor Dio non permetta che sia, ma solo per conto loro et per la sua mala mente et poca fede.

Dico dunque a V.ra Santità che doppo le mie ultime lettere ho fatto una peregrinatione di CCCC miglia Italiane, insieme con questo Rev.mo Sig. Arcivescovo<sup>615</sup>, il quale è bonissima persona et devoto di V.ra Beatitudine, et fa tutto ciò che sa, può et vede et gli è ricordato essere in honor [180r] di Dio, licet multum processerit in diebus suis. Et ho visitato tutte le Chiese Cathedrali con molte altre Collegiate et Abbatie della maggior Polonia et della Masovia<sup>b)</sup>, et conferito con tutti gli Capitoli di esse et alcuni Vescovi, non tutti, per non essere tutti buoni Christiani, come per gratia di Dio sono tutti gli Capitoli, il negotio della religione et gli remedii, con gli quali si potesse obstare a tanti mali che ci circondano. Gli quali, doppo molte consulte fatte, si sono risolti christianamente, et dato risposte quasi tutte conformi, la summa delle quali mando qui alligata a V.ra Santità, acciò vegga et consideri il tutto, perché mi pare che habbiano toccato molto bene i tasti d'ogni cosa<sup>616</sup>. Né voglio restar di dirle per sua consolatione che ovunque capitavamo,

<sup>614</sup> Cfr. supra, N. 48 et 68.

<sup>615</sup> Nicolaus Dzierzowski.

<sup>616</sup> Vide supra, N. 98. Quod infirmat opinionem Ioannis Korytkowski, qui putabat scriptum hoc in conventu capitulorum apparatus fuisse, qui exeunte mense Julio a. 1556 Lovicii celebratus erat (vide Korytkowski AG III, p. 197). Quam opinionem, ortam ex mandato nuntii et archiepiscopi ad canonicos Gnesnenses iam ante 16 VII 1556 dato, eis iniungente, ut Lovicium venirent (v. infra, N. 104), confutant tam "responsiones", quas Lippomanus Hosio iam 1 VI 1556 per litteras rettulerat (cfr. N. 94), quam tunc iam maturatum consilium conventui capitulorum substituendi synodum, cui episcopi interessent, quod

questo Ill.mo Signore et io, tutti gli heretici se ne fuggivano, né ardivano d'aspettare. Vegga mo' V.ra Santità, se ci fusse un poco di braccio secolare, quanto prestamente s'estirpariano questi ribaldi.

Scrissi anco fin dal principio che nel primo colloquio da me fatto co'l Re Sua Maestà ricercava la celebratione del Concilio generale et la reformation del Clero et de Religiosi, come cosa sommamente necessaria in questo Regno, et ch'ella non vedeva miglior via da poter escludere il Concilio nazionale che proporre il generale<sup>617</sup>. Pregai che V.ra Santità si degnasse rispondermi sopra ciò il suo volere. Non l'ho per ancor inteso. Le replico l'istesso al presente et pregola humilmente ad illuminarmi di quello ch'io habia a rispondere nel futuro Convento, perché son certo di esserne ricercato.

Et dico a V.ra Beatitudine che tanti sono gli abusi negli Prelati, nel Clero et nelle Religioni che se non gli vien data una buona riforma, et presto, ogni cosa in brevissimo tempo è per andar in mal'hora. Et non solamente le Chiese perderanno le decime, come in buona parte han perso fin qui, ma le possessioni et fondi proprii, gli argenti et vasi sacri; et in esse [181v] faranno stalle da cavalli, come ha fatto il Duca di Prussia<sup>618</sup>, perché finalmente questo è il scopo degli heretici. Et tra molti inconvenienti che sono nel Clero si trovano persone che ottengono VIII et X Canonicati in Chiese Collegiate [et] Cathedrali, né mai vanno a vederle, cosa di grandissimo scandalo. L'Abbatie di 3 et 4 mila ducati vanno in Commenda di Secolari, et se pur si elegge qualche fratino, si elegge chi vuole il Re. Questi tali poi non vanno in habito, non tengono il numero di Frati negli Conventi et dilapidano tutti gli beni degli Monasterii. Onde si vede che dove solevano essere XIII, XVI, XX et XXX Monachi, non ve ne sono più che II o III o IIII, et questi mal vestiti et peggio calzati et si crepano della fame, et m[esser] l'Abbate o il Comestore devora ogni cosa, lasciando andar in mal'hora et Chiesa et Monasterio et ciò che vi è - cosa che fa andar gli richiami fin'al Cielo. De Frati et Monachi Conventuali poi non parlo, perché sono la sentina d'ogni vitio. Però dico ch'è sommamente necessaria la reformatione, se vogliamo la salute di questo Regno.

Con tutto ciò prego et supplico di gratia, V.ra Santità non venghi in alcun pensiero che questa cosa habbia a toccar a me, per convenientissimi rispetti. Et dirolli liberamente con ella essa lei, come vera sua creatura et fattura: Prima vi bisognerà un Legato Cardinale de Latere, che la faccia in virga ferrea, cum suprema autoritate V.rae Beatitudinis, perché questi Vescovi che sono grandi di sangue et fatti dal Re, non la vorranno intendere. Gli quali non stimano il Signor Dio, né la suprema potestà di V.ra Santità. Et benché con le parole lo mostrino, con fatti però lo negano. L'istesso de' Preti et frati, per-

---

confirmabatur litteris cancellarii archiepiscopi, Stanislai Dąbrowski, qui 16 VI Lovicio ad Hosium scribat Lippomanum - ante conventum senatorum ad 14 IX Varsaviae indictum - eiusmodi synodum Lovicii convocare velle, ut agat "de ineundis rationibus, quibus haereticorum conatibus resistendum sit. Sed Dominus meus adhuc deliberat" (Hipler-Zakrzewski HE II, p. 722).

<sup>617</sup> Cfr. supra, N. 50.

<sup>618</sup> Albertus Hohenzollern.

ché se ben confessano essere necessario riformar il Clero, non di meno nessuno vuole tal riformatione a casa sua. Bisogna dunque che sia un Cardinale valente, dotto, che tema Dio, et sopra tutto che non attenda a buscar credenze d'argento, pelle di gibellini, cavalli et altri doni, che qui si sogliono fare; [181r] et che insieme poi vi concorra la volontà del Re, acciò gli inobedienti possano essere veramente castigati, perché senza il suo braccio non si può far cosa alcuna. Bisogna anco sia huomo gagliardo et vigoroso, acciò possa girare attorno per il Regno (il quale è molto grande et s'estende molto inanzi) et non star mai fermo.

Io, per me, son di poco valore et di minor credito, fatto vecchio et macerato dagli continui viaggi, con rotture, dolori di coste et altre calamità, che sogliono venir agli vecchi, come V.ra Santità vedrà, se Dio mi concederà mai gratia ch'io venghi a' suoi beatissimi piedi. Talché s'io fossi constretto a star in quest'aria crudele un'altro inverno, dubiterei non havermi mai più a partire. Poi a questi di passati m'è giunta adosso la morte di mio fratello, messer Thomasso, il quale m'ha lasciato sei figliuoli: quattro maschi et due femine. Et di essi, per essere molto giovani, mi bisogna haver cura<sup>619</sup>. Vi è poi il carico della Chiesa di Verona, come ella sa, per gratia di Dio assai ben'istituita et riformata, la quale non può più patire l'assenza del suo Prelato, senza sua grandissima iattura. Ho anco alle spalle la fabrica del mio Campanile, la quale, s'io sto di qua, è forza che dorma, perché tutto quello che s'ha da spendere ivi, si rifonde qui, in questa legatione. Che le prometto, per la riverenza che l'ho, fin'a quest'hora, oltre gli 1500 scudi ch'io ho havuto da V.ra Santità, haver speso degli miei più di 2500. La fabrica mi costerà 14 mila scudi a buon mercato, et nessun sussidio ho se non un poco dal Capitolo et dal Clero. Però bisogna che V.ra Santità si degni, per l'immensa liberalità ch'ella usa con tutti et per l'amor che porta a quella Chiesa, la qual si può chiamare la sua figliuola primogenita, aiutarmi a finirla, con non lasciarlami intermittere, nam pendent opera interrupta minaeque murorum ingentes aequataque machina Coelo; ne dicatur de me illud Evengeli[c]um: Iste homo incoepit aedificare et non potuit consummare<sup>620</sup>. [181v] Però dico a V.ra Santità che vi bisogna un Cardinale Legato de latere, come alias sotto Papa Celestino III del 1197 fu mandato il Cardinale di Capua, nominato Pietro tituli

---

<sup>619</sup> Ex investigatione genealogica Laurentii Tacchella (PEV, p. 177) sequitur, ut Thomas Lippomano, praeter iam nominatos Bartholomaeum (natum 1524), Aloisium (natum 1528) et Augustinum (natum 1531), habuerit etiam alios 4 filios: Franciscum Augustinum, Franciscum, Marcum et Michaelem; ex filiabus in hac genealogia (quae minus accurato opere Marci Barbaro: *Arbori de' Patritii Veneti* nititur) sola Ursa memoratur. Ex chartis autem familiae Lippomano, quae in Bibliotheca Querini Stampalia Venetiis asservantur (Classe I, ms. 28), stabiliri potest tempore illo reapse non nisi 4 filios Thomae adhuc superstitis fuisse, scilicet iam memoratos Bartholomaeum, Aloisium et Augustinum, necnon Hieronymum, abbatem Ossariensem; Thomae filia - praeter praedictam Ursam - esse etiam potuit Caecilia, monialis in monasterio Veneto Benedictinarum (vide inprimis doc. nr 20 et 35).

<sup>620</sup> Luc. 14, 30. De hac aedificatione turris campanariae cfr. supra, N. 22.



S. Mariae in Via Lata, il quale fe' in questo Regno una simile riforma<sup>621</sup>, o pur altra qualificata persona, qual meglio parerà a V.ra Beatitudine. Ch'io per me non v'aglio a tal impresa.

Et perché gli buoni hanno inteso farsi la riforma del Clero in Inghilterra<sup>622</sup>, si dogliono et lamentano perché non si faccia ancora qua. A quali io ho risposto che V.ra Beatitudine hora tuttavia attende alla reformatione generale di tutta la Chiesa, perché poco varrebbe la particolare d'un Regno senza l'universale. Mi soggiogono ch'è la verità, ma che oporteret unum agere et alterum non omittere, come si fa al presente in Inghilterra.

Doppo che ritornò il Re in Lituania io et questo Rev.mo Arcivescovo non havemo mai cessato scrivergli di continuo caldamente che castigasse questi innovatori, gli quali contra gli statuti del Regno facevano, hor qui hor là, conventicole, et seminavano ogni sorte d'heresia. Onde Sua Maestà concesse alcuni mandati a nostra istanza molto forte, diretti agli Iudicenti del Regno. Gli quali poco sono stati obediti, perché dicevano non essere sottoscritti di mano del Re. Et facendo pur noi di nuovo istanza et sollecitando anco di là il Rev.mo Sig. Vicecancelliero, il qual è bonissimo Cattolico, n'ha concesso degli altri, sottoscritti di man sua, et sotto gravissime pene<sup>623</sup>. Ma né anco a questi s'obedisce. Bisognerebbe che Sua Maestà, come ben l'habiamo scritto, castigasse questi suoi Commissarii et gli deponesse almeno dagli officii, perché con tanta vergogna sua non vogliono obedirlo<sup>624</sup>. Ma questo manco si farà.

Sa V.ra Santità che negli Comitii passati per il Re et Senato fu sospesa, verbo tantum, la giurisdittione de' Vescovi contra gli Heretici fino agli Comitii futuri, et che la Maestà del Re havea promesso in [182r] essi futuri voler castigar tutti quelli che doppo havessero innovato cosa alcuna, et che gli Comitii fussero ordinati per il giorno di S. Bartholomeo prossimo futuro in Petrocovia<sup>625</sup>. Hora saprà che'l Re manda ad intimare per il Regno a tutti gli Prelati et Senatori ch'egli sarà nel Regno solamente per gli XIII del mese di Settembre in Varsovia, et non in Petrocovia, perché dice non veder modo di poter celebrar Dieta, attento che dovendosi trattare in quella cose pertinenti all'unione della Lituania con la Polonia, gli Lituani non vi vogliono venire. Perciò il Re chiama gli Senatori di questo Regno per quel tempo in Varsovia<sup>626</sup>. Alcuni non si scandalizzano di questa mutatione, et dicono non vi es-

---

<sup>621</sup>Petrus, epus Capuanus († 1214), cardinalis-diaconus tit. S. Mariae in Via Lata ab a. 1192, legatus a latere in Bavaria, Bohemia et Polonia. Notitiam de visitatione dioecesium Poloniarum et reformatione cleri a. 1197 in eis peracta Lippomanus deprompsit ex Ioannis Dlugossii *Annalibus seu chronicis incliti Regni Poloniae*, Lib. VI, An. 1197 (ed. critica Varsaviae 1973, p. 166-167).

<sup>622</sup> Lippomanus procul dubio hic in mente habet decreta synodalia card. Reginaldi Pole ad vitam cleri pertinentia, 10 II 1556 lata, inter quae erat etiam primum nobis notum propositum condendi seminarum ad usum eorum, qui sacerdotium ambiebant, cfr. Pastor SP VI, p. 569

<sup>623</sup> Vide supra, N. 86 et 97.

<sup>624</sup> Vide supra, N. 86 et 94.

<sup>625</sup> De comitiis ad diem 24 VIII 1556 Petricoviae indictis vide supra, N. 40.

<sup>626</sup> Cfr. specimen litterarum huiusmodi convocationis, die 8 VI 1556 ad Ioannem Tomicki, castellanum Rogosnensem, Vilna datarum apud Lanckorońska DARPX, p. 78).

sere sotto alcun cattivo pretesto. Altri dicono il contrario, et essere un coperto favore dell'heresie, perché il Re potrà dire questi non essere Comitii generali, et perciò durar ancora la suspensione della giurisdittione di Vescovi; poi non poter castigare gli innovatori, per non poterlo fare fuori di Comitii. Et così sarà aperta licenza di vivere et credere al peggio che si può. Io, per me, non voglio interporre qui il mio giuditio, per non errare, lasciando farlo a V.ra Santità, che ha in se lo spirito divino. Ben le dico ch'io vi anderò et farò il mio uffitio intrepidamente, et co'l Re et co'l Senato, né resterò di dirgli ogni verità. Vada poi il mondo come andar voglia, basterammi almeno che in ultimo, partendomi con buona coscienza, escutere poterò in faciem eorum pulverem de pedibus meis<sup>627</sup>.

Et qui bisogna che V.ra Beatitudine m'aiuti con doi brevi: uno diretto al Re, l'altro al Senato, che canti loro apertamente la verità, perché, per mio giuditio, non bisogna più palpargli né tolerargli in questa loro simulatione et connivenza. La qual è più cattiva che già gli aperti decreti degli Imperatori infedeli, [182v] persecutori della Chiesa, né almeno in quel tempo si trovavano de' Santi che facevano loro resistenza, ma hora sotto questa simulatione ognun tace et sta a vedere, et la fede di Christo et l'honor di Dio vanno in malhora et le povere anime in dannatione. Et se piacesse a V.ra Santità dire negli brevi che bisogna che'l Re et il Senato si scuoprano apertamente o Heretici o Christiani, saria benissimo fatto; et che se Christiani, come V.ra Beatitudine gli essorta, servino le leggi del Regno, statuite da suoi antecessori contra gli heretici, le quali comandano che siano castigati subitamente, senza tanti Comitii et tante cerimonie. Delle quali leggi, acciò V.ra Santità ne sia ben informata, le mando la copia qui alligata et un instrumento di questo Re presente, che fe', del [15]50<sup>628</sup>, del quale non serva straccio. Dirgli poi che restituiscano in pristino tutte le cose attentate per fin' ad hora. Et sopra tutto rendano a gli Vescovi la loro giurisdittione, ingiustamente et de fatto levatagli, il che non dovevano né potevano fare. Restituiscano a Cattolici le Chiese, tirannicamente occupate dagli Heretici et nobili, loro fautori. Et scaccino dal loro Regno tutti questi scelerati Piccardi, Suetiani<sup>629</sup>, <sup>(b-</sup>Suelcheldiani, Osiandriti<sup>b)</sup><sup>630</sup>, Anabatisti, Lutherani et tutte le altre peste, che quivi vanno debaccando. Et parmi che V.ra Beatitudine si potrebbe molto ben servire in questo fatto d'una bella admonitione che fe' Santo Vito, Vescovo Viennense, a Gondebaldo, Re di Francia, il quale teneva, come si dice in proverbio, gli piedi in due scarpe, il che referisce San Gregorio, Vescovo Ture-

<sup>627</sup> Paraphrasis Matth. 10, 14 et Marc. 6, 11.

<sup>628</sup> Agitur de decreto 12 XII 1550 lato (cfr. supra, annotationes 280 et 460). In summario ad usum papae confecto notatum est: "Le copie sono segnate C. et D." (BV, Barb.Lat. 5806 f. 183r).

<sup>629</sup> Sine dubio dicitur de "Servetianis", id est sectoribus Michaelis Servet (1511-1553), unius ex conditoribus doctrinae antitrinitariorum, quae tunc in Poloniam pervadere coeperat.

<sup>630</sup> Fautores Andreae Osiandri (1498-1552), unius ex primis asseclis Lutheri, ab a. 1548 professoris universitatis Regiomontanae in Prussia, qui doctrinam de iustificatione praedicabat ab orthodoxia Lutherana discrepantem.



nense [sic], nell'Historie Gallicane. Et perché forse V.ra Santità non haverà il libro in pronto, le mando copia del capitolo et dell'admonitione<sup>631</sup>, la qual mi pare molto a proposito in questo negotio. Finalmente, che bisogna essere Christiani di fatti et non di parole, d'essecutioni et non di promissioni, il che non si può conoscere, se non nell'opere istesse. Et se, all'incontro, [183r] per disgratia, essi volessero mettere le mani nelle cose della fede et della Religione et impacciarsi in quel che non tocca a loro, ma a V.ra Beatitudine, ella protesti d'haversene a risentire molto bene, et che farà delle provisioni che han fatto gli santi Pontefici, predecessori suoi, lavandosi le mani di casi loro et iscusandosi con Dio et co'l mondo, che da se non è mancato, et per via d'eshortatione con lettere, et per mezzo della mia persona, così inutile come è, di ridurgli nella buona via, ma che niente ha giovato; et che si ricordino che han tanti doni, privilegi et gratie dalla Sede Apostolica, degli quali tutti si renderanno indegni et meriteranno perdergli et che a giustitia gli siano tolti; et che non fondino il vano lor pensiero in dire che paia hor tutto il mondo levar le corna contra la santa vera Chiesa et Sede Apostolica, perché tutti gli conati loro al fine anderanno in fumo, come han fatto tutti quelli degli heretici passati, quia portae inferi nunquam praevalerunt adversus Ecclesiam<sup>632</sup>; et che quando saranno abandonati dal Vicario di Christo, saranno conseguentemente derelitti da Dio e dagli Santi et dati in mano del Diavolo, dove haveranno d'aspettare ogni sorte di male essere per venire sopra di loro. Et acciò V.ra Santità vegga un bel fatto di Gregorio Settimo contra di Boleslao Audace, Re di Polonia, il qual ammazzò San Stanislao, Vescovo di Cracovia, glielo mando con questa, estratto dalla lor Cronica Polonica<sup>633</sup>. Sì che non manca a V.ra Beatitudine co'l Spirito di Dio da castigargli, quando non vogliono far il loro debito et siano ingrati a Dio et a V.ra Santità.

Tutte queste cose non l'ho dette a V.ra Beatitudine per volerla instruir di quel che habbia da fare o vero dire, perché ella è prudentissima et sa ogni cosa, et essendo retta da Dio, non ha bisogno che gli siano dati consigli da me, qui sum canis mortuus et pulex unus<sup>634</sup>. Ma per trovarmi qui nel fatto, et vedere come passano le cose, [183v] quia vox quidem vox Iacob est, manus autem manus Esau<sup>635</sup>, hammi parso di humilmente ricordare che V.ra Santità

<sup>631</sup> In summario: "della quale similmente manda copia segreta" (BV, Barb.Lat. 5806 f. 183v). Haec erat procul dubio copia "E", nam scriptum subsequens littera "F" signatum erat (vide infra). Locus *Historiae Francorum* Gregorii Turonensis (538-594), de quo hic mentio est, expromptus erat ex cap. 34, ubi narratur, quemadmodum s. Avitus († 518), epus Viennensis ab a. 494, Gundebaldum († 516), regem Burgundiorum, ad rectam fidem christianam propensum, admonuerit, ut erroribus Arianismi penitus renuntiaret, nulla habita ratione subditorum suorum opinionis (vide PL LXXI, col. 230). Apographum huius loci, a Lippomano confectum, servatur solum inter copias in APUG, ms. 588 f. 188v-189v.

<sup>632</sup> Cfr. Matth. 16, 18.

<sup>633</sup> Excerptum ex Dlugossii *Annalibus*, Lib. III, An. 1079 (vide supra, Varsaviae 1970, p. 140). Exemplaria apographi a Lippomano transmissi servantur Mediolani, BA, ms. D 175 inf f. 175r et in aliis collectionibus "Corporis Lippomani". In summario annotatum est hanc esse "copia segnata F." (Barb.Lat. 5806 f. 183v).

<sup>634</sup> Cfr. 1 Sam. 24, 15.

<sup>635</sup> Vide Gen. 27, 22.

in hoc casu stultis respondeat secundum stultitiam suam, ne sibi prudentes videantur<sup>636</sup> et credant suas simulationes non cognosci.

V.ra Beatitudine anco vedrà un libro nuovamente portato in questo Regno, qual è stampato in Basilea contra l'autorità et superiorità della Sede Apostolica sopra tutta la Chiesa. Credo che più presto l'abbia composto il Diavolo dell'Inferno che huomo, [che contiene] tante ribalderie, scelerità et falsità<sup>637</sup>. Dico, se paresse a V.ra Santità fargli rispondere per qualche gran litterato, credo non sarebbe fuori di proposito, acciò questo libro non fusse nel mondo senza il suo antidoto.

Oltre di ciò ha da sapere V.ra Santità ch'in Corte del Re non è persona che appresso Sua Maestà favorisca le cose della fede et della Chiesa quanto il Sig. Vice Cancelliere. Il quale è causa di quel poco di bene che si fà, et per questo ha contratto grandissima invidia da molti di questi Senatori che claudicano. Ma egli nondimeno sta saldo et non si muove per alcuna paura. Questo è quello che'l Rev.mo Arcivescovo ha delliberato di far suo Coadiutore di questo Arcivescovato et in raccomandatione del quale per quest'ufficio scrissi il Gennaro passato all'Ill.mo nipote di V.ra Santità<sup>638</sup>. Lo legge perciò ch'è valente et buon Christiano et acciò, morendo egli, questa gran dignità, ch'è di tanta importanza et la prima dopo la regia, non capiti in mano di qualche heretico, come ci pare d'intendere et anco haverne qualche inditio. Di che qualità sia questo Signore V.ra Beatitudine potrà conoscere per una sua lettera a me diretta, che l'invio<sup>639</sup>. Et perché da un certo Polacco ch'è di costà pescator di beneficii, come sono molti altri che poi gli mercantano, è molestato ingiustamente, come egli dice, sopra un beneficio de iurepatronatus [184r] laicorum, di che ci si lamenta<sup>640</sup>, prego humilissimamente la Santità V.ra, si degni farvi far sopra qualche provisione, acciò non perdiamo questo poco di bene, il qual ci resta in questa Corte<sup>641</sup>. Che certo<sup>c</sup> s'egli ancor declinasse, V.ra Beatitudine sentirebbe assai maggior rovina di quella che ode. Et per questo mi son forzato di tenerlo amico, quanto più ho potuto.

Intendo che alcuni Prelati di questo Regno sollecitano presso V.ra Santità d'haver l'indulto di conferir gli beneficii ancor nelli sei mesi di quella. La

<sup>636</sup> Cfr. Prov. 26, 5. Papam in postulatis brevibus suasionum et consiliorum nuntii rationem habuisse videbis infra, N. 109.

<sup>637</sup> Agitur de *Libro de Ecclesia Andreae Fricii* Modrzewski, edito Basileae in officina Oporiniana exeunte a. 1554, vide N. 123, cfr. Maciej Włodarski, *Polsko-bazyłejskie więzi kulturalne i literackie w XVI w.* [De mutuis relationibus, quae inter Poloniam et Basileam saeculo XVI in cultu civili et studiis litterarum intercedebant], Kraków 1987, p. 117. Fusius de eis, quae ipsi Fricio (ca. 1503-1572), homini in Polonia aetate renescentium artium et litterarum humanarum litteratissimo, scriptori theologico celebri, ad religionem reformatam inclinanti, obiectabantur, vide in A. 18. De ipso libro (ed. critica in *Andreae Fricii Modrevii opera omnia*, Vol. 2, ed. Casimirus Kumaniecki, Varsaviae 1955) vide Kot AFM, p. 112-113.

<sup>638</sup> De Ioanne Przerembski ad coadiutoriam Gnesnensem commendato, cfr. N. 71.

<sup>639</sup> Vide supra, N. 97.

<sup>640</sup> Vide in eadem epistula.

<sup>641</sup> In summario BV, Barb.Lat. 5806 f. 183v adscriptum in margine: "Che Mons. Rev.mo Puteo ha havuto commissione di procurare che sia avvocata questa causa da qualunque tribunale, et che Sua Santità vole che la conosca lui. Il quale non mancherà di spedirla per giustitia più presto. Et così alcune altre".

prego con ogni riverenza, per honor di Dio, per beneficio delle Chiese et per salute dell'anime, non lo faccia, ma vada ritenuta<sup>642</sup>, perché doppo ch'io ho visitato questo Regno ho veduto et molto ben inteso quanto essorbitanti siano le collationi che costoro fanno nelli loro mesi. Et così come malamente conferiscono gli beneficii che spettano a loro, l'istesso fanno di quelli di V.ra Beatitudine. Per la lettura delle risposte fatte da gli Capitoli ella potrà ben conoscere come siano mal condotte le Chiese di Polonia. Per il mio giuditio dunque, V.ra Santità ha da tenere in se la collatione et proveder ella, ma a persone da bene, dotte et soprattutto che facciano la residenza, overo mandando il Legato, come humilmente le propongo, dar a lui questa facultà, perché è un stupore veder la desolatione et solecitudine che patiscono esse povere Chiese.

Siamo stati, Mons. l'Arcivescovo et io, in un luogo qui vicino XV miglia, a parlar secretamente con un huomo mandatoci apposta dal Conte di Tarnovia, Castellano di Cracovia, ch'è il primo huomo tra Senatori laici di questo Regno et di gran autorità per le molte vittorie che ha ottenute essendo gran Capitano di tutto il Regno<sup>643</sup>. Il quale ha sempre scritto et mandatoci a dire che voleva haver buona intelligenza con Mons. l'Arcivescovo et meco. L'istesso ci ha mandato [184v] a dire per questo suo gentilhuomo, et che vuol vivere et morire nella fede vera Cattolica, dalla quale mai si partirebbe, anzi sempre la defenderà usque ad effusionem sanguinis. Con tutto questo egli ci ha mandato una instruttione, con ordine ch'io la mandi a V.ra Beatitudine, la quale a me non è piaciuta, perché egli vo[r]rebbe che si facesse un'amicabile compositione con gli heretici et che V.ra Santità condescendesse loro nelli tre articoli che dimanda la Dieta, cioè è la Communionem sub utraque, il Connubio de' Preti et la evulgatione della Messa et Sacra Scrittura in lingua materna, perché pare a Sua Signoria che non si possa far altrimenti se vuol ponere la pace nel Regno. Io ho risposto al detto Gentilhuomo che laudo, insieme con Mons. l'Arcivescovo, la buona mente di Sua Signoria in voler esser unita con noi et di non voler mutar fede, ma che'l consiglio che ci dà circa il condescendere a gli tre articoli, non potriamo [sic] approbare, perché questo saria dar il giuoco vinto a gli heretici fuor di proposito, gli quali dimane poi, con la loro impudenza, dimanderanno altrettanto, et così anderanno dimandando in infinitum. Et gli ho scritto una lettera, confutando tutte le ragioni ch'egli adduce in questa instruttione, la qual mando insieme con l'altre cose a V.ra Beatitudine<sup>644</sup>. Et credo fusse molto bene, per trattenerlo con la nostra, ch'ella gli scrivesse un amorevol breve, nel quale anco facesse mentione di haver havuta

<sup>642</sup> In supradicto summario adscriptum in margine: "Che non si darà, tanto più per essersi resi i sei mesi a Sua Santità".

<sup>643</sup> Ioannes Amor Tarnowski (1488-1561), exercituum regni supremus capitaneus ab a. 1522, castellanus Cracoviensis ab a. 1536, unus ex maxime egregiis exercitus ducibus Polonis et viris in re publica exercitatis saeculi XVI.

<sup>644</sup> Hic in margine supradicti summarii additum est alia manu: "Che per la risposta, già mandata al Re per l'Ambasciatore, già si è risposto, et rimettersi". Epistula Lippomani non est reperta. Textum instructionis vide sub A. 23.

la instruttione, perché in qual parte del Senato egli depende, tira seco gran numero di quello<sup>645</sup>.

Habbiamo deliberato, questo Sig. Arcivescovo et io, convocar un Colloquio di Prelati et Capitolari inanzi il Convento di Varsovia, per ordinare quel che si deve proporre et rispondere in quel tempo per le persone ecclesiastiche et per haver buona intelligenza insieme. Di quel che seguirà ne daremo poi pieno avviso a V.ra Santità<sup>646</sup>. La qual prego si degni far scrivere al detto Arcivescovo quattro linee, ringratiandolo della cortesia che mi mostra et della buona compagnia [185r] che mi fà<sup>647</sup>, ancorch'io non gli sia oneroso in cosa alcuna, perché nulla mai ho voluto da Sua Signoria Ill.ma, salvo le stanze sole, benché da lui non è mancato d'offerirmi ogni cosa.

Non resterò di toccarle una parola ancora delle cose di Bohemia, che sono cento cinquanta anni che quel Regno non ha Vescovo né Arcivescovo, per ilché è necessariissimo che ogni cosa vada in malhora. Se la Santità<sup>d</sup> V.ra desidera la salute di quelle povere anime, bisogna che procuri che Praga habbia un' Arcivescovo valente et da bene<sup>648</sup>, né si fidi altrimenti d'amministratori, perché quelli et nulla sono una medesima cosa. Bisogna anco provvedere che in Venetia dal Vescovo Greghetto<sup>649</sup> et altri non si ordini per un scudo quanti Bohemi vi vanno per pigliar gli ordini, gli quali essendo scismatici, non trovano in queste bande Vescovo Cattolico che gli voglia ordinare et essi se ne vanno alla diritta là et ritornano fatti compoti di loro pravi desiderii<sup>650</sup>. Dimandava parimente quel Clero aiuto da V.ra Beatitudine di poter celebrare senza irregularità in alcune Chiese Cattoliche, le quali gli heretici apposta haveano violate, sepellendovi dentro per forza scismatici, per torre ancora quelle a gli poveri Cattolici<sup>651</sup>. Di queste cose anco già molti mesi n'havevo scritto al Rev.mo Carafa, dimandandogli risposta<sup>652</sup>. La qual ho poi aspettata con grandissimo desiderio, ma non è mai venuta.

A gli giorni passati occorse un gran caso del Ss.mo Sacramento, qui in una terra vicina, nominata Sochazesso [sic]<sup>653</sup>, il quale fu venduto da una zia

<sup>645</sup> Hic in summario addita est in margine annotatio alia manu confecta: "Che se li manda con la copia". Breve hoc non est repertum praeterquam in editione a Petro Paulo Vergerio curata (vide infra N. 109, annotationem 750).

<sup>646</sup> Illud cogitatum colloquium (cfr. infra, N. 104) postea in synodum provincialem Lovicii celebratum mutatum fuit, de quo infra in N. 113.

<sup>647</sup> Hic in summario invenitur nota marginalis, alia manu confecta: "Che se li scrive" (breve hoc non est conservatum).

<sup>648</sup> Hic in margine summarii invenitur annotatio: "Bisogna haver il consenso del Re [Ferdinando]". Cfr. supra, N. 42.

<sup>649</sup> Dionysius de Zanettinis dictus Grechetto, cfr. N. 42.

<sup>650</sup> Hic in summario addita in margine annotatio: "Che si scriverà".

<sup>651</sup> Hic in margine summarii annotatio: "Sua Santità si contenta s'possano riconciliare per quemquam in dignitate ecclesiastica constitutum vel canonicum, modo per aquam benedictam ab ipso episcopo".

<sup>652</sup> Vide supra, N. 42.

<sup>653</sup> Sochaczew, oppidum 27 km distans a Lovicio versus Varsaviam, tunc castellaniam minor in palatinatu Ravensi et archidiaconatu Varsaviensi dioecesis Poseniensis.

femina Christiana a Giudei, et essi lo punsero con aghi et cortelli, et da lui n'uscì visibilmente sangue, come meglio V.ra Santità vedrà per una nostra commune del Rev.mo Arcivescovo et mia<sup>654</sup>. Et ivi fu brugiata la detta donna con un Giudeo. Tre altri poi sono stati brugiati in Plosca<sup>e)</sup> per questo istesso fatto a sollecitudine d'ambi doi noi, che se non mandavamo là alcuni de' nostri a instigar quel Palatino<sup>655</sup>, [185v] senza dubio erano liberati per l'imminenti favori che havevano da ogni banda questi traditori. Ma mio nipote co'l mio Cancelliere et quei del Rev.mo Arcivescovo han fatto tanto co'l Palatino che son fessi. Et convinti, sono stati brugiati, come meglio ella vedrà per gli atti publici et per la lettera di esso Palatino originale ch'io parimente l'invio<sup>656</sup>. Questi tristi sacramentarii quanto sanno et ponno vogliono defendere li Giudei, acciò il miracolo non si manifesti, il quale terribilmente dà in capo alle loro perverse oppenioni<sup>657</sup>. Ma appena finito questo negotio, che in un altro luogo del Regno è nato un'altro simile horrendo caso, pure da essi Giudei, come V.ra Beatitudine vedrà per l'alligata copia<sup>658</sup>. Et questo avviene, perché con gli loro danari comprano ogni impunità appresso gli maggiori del Regno<sup>659</sup>.

Io dunque, Ss.mo et Beatissimo Padre, aspetterò quanto più presto il mio messo, a lei inviato, con gli detti brevi, se le parerà di mandargli, et con la risposta alle consulte degli Capitoli delle Chiese Cathedrali, similmente con l'avviso di ciò che debbia rispondere nel Convento futuro circa il Concilio

<sup>654</sup> Vide infra, N. 101.

<sup>655</sup> Sieprski, cfr. eius epistolam ad nuntium sub N. 95, in qua etiam dicitur de eius nepote Aloisio et cancellario Francisco Varugola Plociam "ad instigandum" missis.

<sup>656</sup> Copia notarialis actorum tam instigationis quam processuum, tum a vicecapitano Sochaczewiensis Bricio Choromański Sochaczewiae, tum a vicecapitano Plocensi Stanislao Mączyński Plociae peractorum, postulante aepo Nicolao Dzierzgowski die 20 VI 1556, confecta, una cum litteris archiepiscopi et Lippomani ad Paulum IV die 21 VI datis Romam missa (cfr. N. 101), servatur in AV, A.A. I-XVII 4352 s.f. Hoc amplum documentum (constat enim ex 51 paginis minutis litteris exaratis) sufficiens est, ut nobis persuadeamus depositiones accusatorum tormentis extortas fuisse. Scriptum hoc a nobis in appendice non publicatur, quippe quod accuratiori elaboratione et ampliore apparatu critico indigeat. In summa argumentum eius satis accurate relatam est in supra memoratis litteris communibus nuntii et archiepiscopi 21 VI 1556 datis.

<sup>657</sup> Opiniones de hoc casu "protestantium" perspicere possunt ex multis tum sparsis libellis, ut ex. gr. "O Sochaczewskim wymęczonym a wypalonym na Żydzie Bogu i o fałszywych jego cudach" (De Deo Sochaczewiensis ad mortem cruciato et in Iudaeo iniusto eiusque falsis miraculis, ed. I. Chrzanowski, *Echo epizodusochaczewskiego* [Resonantia casus Sochaczewiensis], in: *Z wieku Mikołaja Reja*, Warszawa 1905, p. 23-27), et reapse in controversiis ac disputationibus de supposito miraculo potius quam de ipso profanatae Eucharistiae facinore consistebant, quod presse et breviter enuntiavit Andreas Trzeciecki (pseud. Prudentius Cachinnius), poeta et doctrinae reformatae acerrimus fautor: "Iudaeos ferro violantes corpora panis, plebs addicta Papae, quem putat esse Deum, Lippomanus flammis, tanquam illi idcirco fuissent haeretici, perdens, haeresiarcha fuit. An parva est, panem esse Deum Christumque putare, haeresis?" (typis ed. Vergerius DE f. a2v). Fusius de tota hac controversia scribit Wojtyńska PP, p. 83-84.

<sup>658</sup> Scil. exemplar litterarum officialis Calissiensis Stanislai Golański ad aepum Nicolaum Dzierzgowski 12 VI 1556 datarum, quibus referebat de simili profanatione Ss.mi Sacramenti Calissiae perpetrata. Apographum huius epistulae, quod inscribitur "Novum Iudaeorum crimen in Civitate Callisiensi", ad dies nostros assertatum est Mediolani, AB, ms. D 175 inf., f. 181r-v et in aliis collectionibus (ed. Rykaczewski I, p. 59-60).

<sup>659</sup> De radicibus oeconomicis et socialibus totius huius casus vide Tazbir PDL, p. 177.

generale et circa la reformatione del Clero<sup>660</sup>, perché del nationale saprò ben io che rispondere, senza il suo oracolo, et finalmente con la sua risoluzione di tutto ciò ch'è nella lettera bisognoso di risposta. Ma ritornando il messo in tempo, o non celebrato il Convento et veduta la risoluzione di queste cose, con buona gratia di V.ra Santità m'incaminerò per Italia senza aspettar più altro avviso.

S'io son stato lungo V.ra Beatitudine mi perdoni, perché volendo toccar tutti i punti importanti di questa Legatione, non ho potuto far di manco. Prego il Signor Dio le doni lunga vita et felice, ad honor et gloria sua. Et prostrato le bacio gli beatissimi piedi. Di Loviz nel Regno di Polonia, a XXI di Giugno 1556.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

Postscripta. In quest'hora m'è capitato alle mani un nuovo mandato del Re, concesso in favor delli Giudei, acciò possano ritornar et habitare [186r] nelle case loro; et promette dar Commissarii che conoscano sopra di questo negotio et sopra gli processi formati, come se il Palatino già detto et il Capitano Socazevo<sup>661</sup> fussero stati marioli et havessero falsamente giudicato. Vegga hora V.ra Beatitudine come passano le cose di questo Regno. Ancora la copia di questo mandato sarà qui sotto alligata<sup>662</sup>.

a) *Sequitur repetitum*: essere

b) *In ms.*: Suelrediani, o Siandriti

c) *In ms.*: certu

d) *In ms.*: Maestà

e) *In ms.*: Polosca

## N. 101.

**Aloisius Lippomano  
et Nicolaus Dzierzowski, aepus Gnesnensis  
Paulo IV, pontifici maximo**

Lovicii, 21 VI 1556.

*Narrant, quemadmodum Dorothea Łazęcka, a Iudaeis Sochaczewiensibus illecta, Sabbato Sancto a. 1556 s. Communionem indigne suscepit, deinde*

<sup>660</sup> Hic in summario invenitur annotatio, alia manu confecta: "Che del Concilio Sua Santità è risoluta di celebrarlo, et non ostante le guerre, et che è conveniente far la riformatione all'hora. Non di meno Mons. Rev.mo Puteo desidereria se ne parlasse fra tanto a Sua Santità, perché Sua Signoria Rev.ma seria più di parer che si potesse fare adesso la riformatione in quel Regno, come si è fatto in Inghilterra". Omnes supra memoratae adnotationes, in margine summarii huius epistulae collectae, materiam dedisse videntur apparandae responsioni, quae 6 VIII 1556 Lippomano missa erat (vide N. 109).

<sup>661</sup> Andreas Sieprski et Stanislaus Borek.

<sup>662</sup> Vide A. 24.



*Hostiam ex ore extractam synagogae praefecto Benedicto tradiderit, qui eam una cum aliis acubus pupugerit, ita ut sanguis inde efflueret; quemadmodum postea - postquam id facinus in lucem prodierit - iidem Łazęcka et Benedictus comprehensi sint et, patratum crimen confessi, Sochaczewiae, illa 24 IV, hic 15 V 1556, igne cremati fuerint; quam denique etiam reliqui tres Iudaei - Iosephus, Socha et Iacobus, similiter de crimine convicti, palatino Ravensi (Andreae Sieprski) Plociae traditi, ibidem iudicati et 1 VI 1556 vivi combusti sint. Totum hunc casum miraculum fuisse censent, quod veram Christi in Eucharistia sub specie panis praesentiam demonstret, et ut veritatem miraculi eo manifestius ostendant, acta notarialia ad eundem casum pertinentia, mandatum regium, quo iniungitur, ut criminis rei puniantur, et litteras palatini ad nuntium datas praesentibus adiungunt.*

**Or.:** AV, A.A. I-XVIII, ms. 4351 s.f. Deest involucrum cum sigillo (epistula haec adiuncta fuit, una cum litteris Andreae Sieprski et actis processus Iudaeorum Sochaczewiensium, epistulae Lippomani ad Paulum IV eodem die datae (cfr. infra, N. 100).

**Cop.:** Torino, AS, Racc. Mongardino, ms. 82 f. 320v-321r.

**Summarium,** cum integris locis ex epistula ad verbum depromptis, transcripsit "Ex libro V Rerum memorabilium Roveri Pontani Carmelitae in Cod. Mss. Bibliothecae seu Archivi Domus S. Pauli Clericorum Regularium Theatinarum Neapoli, N. 62 pag. 551" Ioannes Baptista Albertrandi (a. 1782), ed. Rykaczewski I, p. 60-61.

**Ed. in versione Germanica:** *Grundtliche und warhaffte anzeigung und erzelung eines neuen wunderbarlichen Mirackels unnd [sic] geschicht, so sich auss verhengknus Gott des Allmächtigen in den hochwirdigsten Sacrament des Altars dises Tausendt funffhundert sechs und funfftzigisten Jars im Land und Königreich Poln erzaigt und zügetragen hat* (ex copia ex orig. die 22 VII 1556 in Curia Romana a notario Andrea Gerard, postulante Francisco Alberici, auditore Rotae, confecta)

**Ed. in versione Gallica:** *Copie des lettres envoyees a nostre saint pere le pape, par laquelle est denoncé un miracle divinement advenu au Royaume de Pologne au sacrement de la tressainte Hostie*, A Paris, pour Laurent du Coudret... iouxte la coppie imprimee à Lyon, 1586 (ex eadem copia ac versio Germanica, vel ex ipsa versione, mutato dato: "Le 5. iour d'Avril 1579"(!), confecta).

Ss.me Pater, post pedum oscula beatorum.

Rem afferimus Sanctitati v.rae, quae novissimis his diebus hic apud nos accidit, admirabilem, qua et Christi fides corroborata est, Iudaeorum perfidia subversa et haereticorum improbitas evicta. Dorothea Łazęcka<sup>663</sup>, mulierum omnium pessima, christiana licet fide insignita (si eam christianam appellare licet, quae Iudae proditoris facinus imitata, tantum sceleris patrare

<sup>663</sup> Łazęcka.

ausa fuit), de oppido Socchazevo, Posnaniensis dioecesis, non nisi tribus miliaribus Polonicis ab hoc Lovitii castro, ubi ambo nunc degimus, distante, a Iudaeo quodam illius oppidi, nomine Bieszkim<sup>664</sup>, hoc est Benedicto, cui ipsa per aliquot annos inservierat, saepius solicitata et requisita, ut Ss.mum corporis Domini Nostri Iesu Christi sacramentum, cum ad susceptionem illius de more accederet, ex ecclesia asportaret sibique traderet, pro quo daturum se ei tunicam panni Lublinensis purpuream, serico ornatam, et taleos tres convenerat, conditione accepta, ut quod turpiter promiserat turpissime praestaret, sabbato sancto hoc praesenti anno<sup>665</sup> a dicto Iudaeo in villam Kozlovo Domini episcopi<sup>666</sup> abiit ibique, peccatorum suorum confessione minime praemissa, sacramentum pretiosissimi corporis Christi inter caeteros communicantes accepit atque illud in ore paulisper conservavit; postea inde extractum, linteo involvit et penes se aliquantulum detinuit, donec illud eidem Hebraeo feria tertia paschae in praefato oppido de Socchazevo tradidit. Quod cum fecisset, Iudaei tres alii de dicto oppido, nempe Michalek, Socha et Ioseph, ad dictum Benedictum venerunt Sanctissimamque Eucharistiam in Synagogam suam, quae ibi est, deportaverunt, ubi acubus eam pupugerunt et gladiis vulnerarunt, ex qua etiam (o ineffabilem Domini Iesu Christi providentiam, qui etiam inter inimicorum manus miracula facere ad eos convincendos non cessat) mirabiliter sanguis effluxit et impii illi omnes effluxisse manifeste viderunt, quem, cocleari super scutellam tento, excipiebant, ex eoque vasculum vitri parvum impleverunt.

Hoc tam nefarie perpetratum facinus nescitur quomodo in lucem prodierit<sup>667</sup>, sed certum est divino magis quam humano ductu id contigisse. Illa vero [v] primum in carcerem coniecta, deinde et praefatus Benedictus in oppido de Socchazevo, non tam vi tormentorum, quam libere rem omnem, ut gesta erat, aperuerunt. Quod cum ad Regiam Maiestatem, Vilnae degentem, nuntiatum fuisset, statim oppidi illius Vicecapitaneo per suas literas mandavit, ut rem ipsam diligentius exquireret et, si vera essent quae dicerentur, sceleris omnes conscios extremo supplicio afficeret<sup>668</sup>. Dorothea itaque feria sexta post ferias Sancti Adalberti, huius Regni patroni, quae fuit dies XXIII mensis Aprilis paulo ante praeteriti<sup>669</sup>, Benedictus vero feria sexta post diem As-

<sup>664</sup> Bieszko (deminutivum nominis Bieniarz), vetus forma Polonica nominis Benedicti. Distortio eo derivatur, quod deminutivum, in originali Polonico in casu instrumentali positum: "zwany Bieszkim", immutatum transcriptum est.

<sup>665</sup> 4 IV 1556.

<sup>666</sup> Kozłów Biskupi, medio itinere inter Sochaczew et Lovicium.

<sup>667</sup> In actis processus narratur, quemadmodum initio Sochaczeviae de hoc casu rumor sparsus sit, postea vero (circa dominicam "Misericordiae", id est circa 19 IV), sacerdotes e suggestu totius rei explanationem palam expostulare coeperint ita, ut capitaneus Stanislaus Borek de Trzcieniec tandem cogere ad investigationem de hac re perficiendam et dictam Łazęcka, una cum 4 Iudaeis criminis suspectis, comprehendendam et in carcerem concidendam (ex depositione capitanei).

<sup>668</sup> Mandatum regium huius tenoris, "datum in venationibus nostris Volkiniciensibus, quarta die mensis Maii" a. 1556, ad palatinum Andream Sieprski et capitaneum Stanislaum Borek directum, in acta processus relatum est ibique servatur (vide A. 22).

<sup>669</sup> Feria sexta post s. Adalbertum anno 1556 cadebat in 24 diem Aprilis.



censionis Domini, quae fuit XV mensis Maii proxime sequentis, extra dictum oppidum de Socchazevo, publice in conspectu totius populi flammis ultricibus consumpti sunt.

Cum vero Illustris Dominus Andreas Palatinus Ravensis, ad quem, tanquam ad caput loci, iuris dicendi ratio in dicto oppido de Socchazevo pertinet<sup>670</sup>, praedictos Iudaeos Ioseph et Socha (Michalek nanque fugam iam arripuerat), Iacobum praeterea, dicti Benedicti filium, qui etiam antea ex Dorothea illa combusta filium susceperat, eumque, mortuum sine baptisate, Iudaeorum tumulis mandaverat, in carcere apud dictum oppidum a Vicecapitano<sup>671</sup> detentos, quibusdam decentibus causis adductus, ad civitatem Plocensem deduci iussisset (in ea nenque ipse Dominus Palatinus residere solitus est)<sup>672</sup>, ex mandato Regio eidem facto, contra dictos Iudaeos Socha, Ioseph et Iacobum iudicium instituit eosque, et habitis quaestionibus et sua etiam sponte de eodem crimine confessos, vivos comburi mandavit. Qui et ipsi Plotiae [sic], die lunae, prima praesentis mensis Iunii, toto spectante populo, exusti sunt.

Illud etiam Sanctitati v.rae non reticendum arbitramur, in Dorotheam ipsam, quae sacratissimum Domini corpus susceperat, cum illud adhuc apud se retineret et ex Kozlovo in Lazek oppidum<sup>673</sup> iret, canes cuiusdam Georgii Lazezki irruisse rabideque adeo linteum illius et tunicam (Deo sic volente) lacerasse, ut nisi canum dominus obstitisset, nihil sit dubitandum, [r] quin ipsa quoque miserabiliter discerpta et dilaniata fuisset.

Quid autem de Sacratissima hostia et de Pretiosissimo illo cruore actum sit, adhuc scire non possumus, vererique iam ipsi incipimus, ne ad nostrorum manus pervenire possint, vendita nanque et varie iandiu distracta dicuntur. Ipsi vero Iudaei, tam in tormentis quam extra, super eo variavere et mendacia dixisse convicti sunt. Quod ideo fecerunt, ne complices Iudaeos, ad quos ea pervenerant, indicarent. Nam sanguis ille, qui non sine magno miraculo fluxit, sicut et sanguis innocentium puerorum, ad circumcisionis dolorem (ut nonnulli eorum asseruerunt) remedium afferre solet.

Ut autem Sanctitas v.ra plene videat nos ei verissima recensere, mittimus ei his adiectas Iudaeorum confessiones, tam in tormentis quam libere factas, ex actis super ea re confectis extractas et publica fide confirmatas<sup>674</sup>. Mittimus etiam exempla Regiarum literarum ad praefatos officiales super ea re directarum<sup>675</sup>. Mittimus demum non literarum exemplum, sed literas illas ipsas, quas Clarissimus is Palatinus, qui perfidos illos morti adiudicavit, ad nos scripsit, hoc idem clarissime testantes<sup>676</sup>.

<sup>670</sup> Sochaczewia in palatinatu Ravensi sita erat.

<sup>671</sup> Briccius Choromański.

<sup>672</sup> Simul capitaneus Plocensis.

<sup>673</sup> Łazek - ut in actis supradicti processus expresse legitur - pagus hodie non existens.

<sup>674</sup> Vide supra, N. 100 (annotationem 656).

<sup>675</sup> Transumptum in eodem acto notariali.

<sup>676</sup> Vide N. 95.

Quare immensae Deo reddendae laudes et gratiarum actiones, qui hoc in Regno hoc tempore, quo a quibusdam perversis hominibus de veritate corporis Christi in sacra Eucharistia ambigitur et sub una specie non contineri alteram mordicus tenetur, tantum miraculum ostendere dignatus sit. Nam si non esset ibi verum Christi corpus et vivum, sed panis frustum duntaxat, nequaquam a Sacratissima hostia sanguis effluxisset; et si sub una altera quoque species non contineretur, nequaquam Christi corpus etiam sanguinem, quem in se non contineret, exhibere potuisset. Haec omnia Sanctitati v.rae significanda esse duximus, pro Christi gloria et ut sciat, quae per omnipotentis Dei manum his in partibus nunc gerantur in verae, syncerae [v] et immaculatae fidei suae approbationem<sup>677</sup>.

Sanctitatem v.ram diu felicem et incolumem in Domino valere cupimus. Lovitii, ex Regno Poloniae, die XXI Iunii M.D.LVI.

E[iusdem] Sanctitatis V.rae humillimi Servi  
 (a-A[loisius] Lipomanus indignus Epus Veronensis<sup>a)</sup>  
 (b-E[iusdem] Sanctitatis V.rae humilissimi servi [sic]  
 a Dzyrzgów, aepus Gnesnensis indignus<sup>b)</sup>)

<sup>a-a)</sup> *Autographum nuntii.*

<sup>b-b)</sup> *Autographum archiepiscopi.*

## N. 102.

**Aloisius Lippomano  
 card. Iacobo Puteo**

Lovitii, 21 VI 1556.

*Repetit quod in praeviis litteris iam scripserat, se scilicet, concluso senatorum conventu Varsaviae celebrando, in Italiam reversurum esse. Commentatur acta processuum contra epos Vladislaviensem (Drohojowski) et Cracoviensem (Zebrzydowski) et asserit alterum illorum, notum et manifestum haereticum, rite puniri debere, alterum vero, negligentem quidem, sed de haeresi non suspectum, non prius admonendum esse quam post annuntiati senatorum conventus conclusionem, ne a causa catholica defendenda deterreatur. Rogat, ut lites, quae Ioanni Dembnicki cum vicecancellario regni (Przerembski) et cancellario archiepiscopi (Stanislao Dąbrowski) intercedunt, et litem quibusdam de decanatu Gnesnensi intercedentem, in Rota componendas curet. Nuntiat de brevi pontificio, admonitionem episcopi continente, vicario epi Drohojowski a se porrecto et*

<sup>677</sup> Haec vera causa fuit, cur integra haec epistula translata et in Gallia ac Germania publicata sit, vide notam de origine documenti dicentem.

*de eiusdem episcopi Lovicii commoratione, qua durante omnes accusationes in se motas omnino negaverat. Petit, ut responsum per cursorem, has et alias literas Romam portantem, sibi mittatur.*

**Cop.:** Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 186r-187v.

Lettera scritta al Rev.mo Card. Puteo di 21 di Giugno 1556

Ill.mo et Rev.mo Signor mio osservandissimo. Per altre mie scrissi a V.ra Signoria Ill.ma come io ero risoluto, per honor di Dio et di questa Santa Sede (ancorché havessi havuto licenza da Sua Santità di partirmi et che di nuovo mi sia sopragionta la morte di un unico mio fratello, il quale m'ha lasciato alle spalle un carico di figliuoli giovani)<sup>678</sup>, di star qui fin'a gli Comitii futuri<sup>679</sup>. De quali, come mi pare hora d'intendere, non si faranno più quest'anno, ma farassi solamente un Convento in Varsovia, perché gli Littuani non vi vogliono venire, et così son per fare<sup>680</sup>. Il quale celebrato che sia, subito me ne ritornerò in Italia, piacendo a Dio, perché non posso né voglio star più qui. Altri migliori assai et più sufficienti di me potranno venir qua et tener questo luogo.

Nell'alligato plico, ch'è diretto a Sua Beatitudine, è il residuo del processo ch'io ho formato contra il Vescovo Vladislaviense, additionalmente a quello che mandai già a V.ra Signoria Rev.ma questo Aprile passato<sup>681</sup>, et alcune testificationi contra il Vescovo di Cracovia<sup>682</sup>, et tutte pigliate con grandissima fatica, perché niuno vuol dire contra questi Gran Monsignori, temendo della vita. [186v] Contra il primo veggo essere grandissime sospitioni di heresia; et è cosa notoria per tutto il Regno, anzi, per dire con me, lo chiamano heretico condannato. Il secondo, ch'è<sup>a</sup> il Cracoviense, non patisce questa infamia, ma ben vive malamente et dice delle parole balorde. V.ra Signoria Rev.ma, dunque, si degnerà dar il plico a Sua Beatitudine. Et perché l'Vladislaviense è di gran scandalo presso a tutti et dà mal essemplio, credo essere degno d'una buona correctione, per fare star in cervello anco gli altri Vescovi, de quali ve ne sono che non temono Dio, né Sua Santità. Et ciò quanto più presto Sua Beatitudine farà, tanto più farà cosa degna di se et più salutaria al Clero et alla sua diocesi. Dell'altro sarei ben d'opinionone che fusse ancor egli corretto, ma non hora, ben doppo che sarà celebrato il Convento, quia potens est eloquio et agli di passati in Varsovia parlò molto bene co'l Re sopra il ne-

<sup>678</sup> De morte fratris Thomae vide supra, N. 100.

<sup>679</sup> Epistula haec ad card. Puteum non est reperta.

<sup>680</sup> Cfr. N. 100.

<sup>681</sup> Vide N. 89, cfr. N. 99. Totus processus contra Ioannem Drohojowski publicatur in A. 18.

<sup>682</sup> Andreas Zebrzydowski, vide A. 19, cfr. N. 99.

gotio della fede. Et hora l'habiamo anco fatto andare in Cracovia, dove fà qualche bene et s'adopera contra gli heretici, de quali ivi n'è gran moltitudine. Et anderebbe a pericolo che, se hora si essacerbasse, si accordasse con gli heretici, et dove pensassemo di guadagnarlo lo perdessimo, con grandissima nostra iattura. Anzi, penso in questo Convento essere per valermi assai della sua persona. Questo mio discorso, prego V.ra Signoria Ill.ma si degni conferirlo con Sua Beatitudine, acciò ch'ella possa meglio deliberare sopra questo negotio, perciocché scrivo a Sua Santità che narro sopra ciò alcune cose a V.ra Signoria Rev.ma, le quali ella conferirà seco<sup>683</sup>.

Si trova costì in Corte uno nominato Dembriczki [sic], il quale dicono ingarbugliare tutti gli benefici di qua et citare gli huomini da bene in Rota contra ragione, di che molti si lamentano, rammaricandosi poi di questa Santa Sede. Tra questi sono il Vicecancelliere del Regno et il Cancelliere di questo Rev.mo Arcivescovo<sup>684</sup>, persone da bene et buoni Cattolici. Prego dunque V.ra Signoria Rev.ma si degni di fare sopra questo una parola con Sua Beatitudine, perché qualche volta et a qualche tempo ogni cosa non torna così a proposito. [187r] Bisogna hora placare et non irritar gli animi, et che il ben publico preponderi il privato. So che V.ra Signoria Ill.ma molto ben m'intende. Abbiamo qui grandissima penuria d'huomini che siano dalla nostra [parte] et che difendano l'auttorità et obediencia di Sua Santità, non vorrei che perdessimo ancor questi pochi per particolar passione di qualch'uno.

Ancor mi vien fatta querela d'un'altro litigante Curiale, il quale mi è detto molestar ingiustamente un gentilhuomo di questo Rev.mo Arcivescovo sopra un Decanato, secondo l'informatione che qui sarà alligata<sup>685</sup>. Prego V.ra Signoria Ill.ma si degni supplicar a Sua Beatitudine si trovi qualche modo a sopire queste liti. Et forse questo saria il più ispediente che Sua Santità commettesse a V.ra Signoria Rev.ma, la quale in queste parti è di grandissimo credito per le sue virtù appresso a tutti, quod vocaret ad se omnes partes litigantium et visis simpliciter iuribus eorum, causas decideret et terminaret, perché questo è tempo, ut faciamus nobis amicos, qui nostra tueantur, et non che gli perdiamo a istanza di doi o tre. Et Dio sa quant'arte mi bisogna usare a mantener l'obediencia et auttorità della Sede Apostolica in questo Regno.

Il breve di Sua Beatitudine che V.ra Signoria mi mandò, diretto al Vescovo di Vladislavia<sup>686</sup>, lo portai meco quando fui in visita della sua Chiesa.

<sup>683</sup> Vide supra, N. 99.

<sup>684</sup> Ioannes Przerembski et Stanislaus Dąbrowski. De querelis primi ex illis cum Ioanne Dembriczki cfr. supra, N. 97 et 100.

<sup>685</sup> Non est reperta. Controversia haec fuisse videtur de decanatu Loviciensis, quem tempore illo archiepiscopi Dzierzowski ex sorore nepos, Hieronymus Garwaski († 1583), ab a. 1554 canonicus Cracoviensis, obtinebat.

<sup>686</sup> Agitur procul dubio de brevi 5 XI 1555 dato (ed. Theiner VMPL II, p. 585). Quod per cardinalem Puteo ei traditum fuisse testantur acta processus epi Drohojowski, cfr. A. 18 et notam de origine documenti in N. 60.

Et non havendolo trovato, perché era poco prima partito<sup>687</sup>, lo diedi in presenza di tutto il Capitolo al suo Vicario<sup>688</sup>, acciò lo mandasse a Sua Signoria, come l'ha mandato. Et ho appresso di me lettere di mano di esso Vescovo come l'haveva havuto<sup>689</sup>. Il quale, prima ch'io serrassi questa lettera, è venuto fin qui a trovarmi et m'ha letto il detto breve di Sua Santità (qual prima non havevo udito, che se ben Sua Beatitudine mi havesse scritto nel mio mandarmi copia di quello, non l'havevo pero havuta)<sup>690</sup> et dolutosi meco molto d'alcuni che l'accusavano presso Sua Santità ingiustamente, io gli risposi: Monsignor mio, molte cose si dicono contra di voi per publiche [187v] et notorie. Et gli ele recitai così liberamente come qui l'havevo intese, con ogni charità et amorevolezza, aggiogendogli che s'erano vere, che si pentisse et emendasse, perché ancora sarebbe in<sup>b)</sup> tempo, sin autem, aspettasse l'ira di Dio sopra di se. Ma egli faceva buon animo et negava ogni cosa, dicendomi di voler venire a Roma, se il Re lo lasciasse. Al che io l'esshortai grandemente, ma non credo lo faccia.

Questo messo, mio servitore, il quale spedisco apposta a Sua Santità, ha da ritornar subito adietro con la risposta. Se V.ra Signoria Rev.ma si degnerà rescrivermi quattro parole per lui, mi farà molto consolato. L'altre cose che corrono di qua al presente V.ra Signoria Rev.ma l'intenderà da Sua Beatitudine, alla quale scrivo copiosamente<sup>691</sup>, con desiderio di havere da lei presta risposta. Bacio la mano di V.ra Signoria Ill.ma et humilmente a lei mi raccomando. Di Loviz, a 21 di Giugno 1556.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona.

<sup>a)</sup> In ms.: che

<sup>b)</sup> Adscriptum supra.

## N. 103.

**Aloisius Lippomano**  
**Ioanni Carafa, duci Paliani**

Lovicii, 7 VII 1556.

*Pro litteris 30 V datis gratias agit. Breve laudatorium epo Cracoviensi (Zebrydowski) porrigere promittit et petit simile breve etiam ad archiepiscopum*

<sup>687</sup> Visitatio episcopatus Vladislaviensis diebus 12-15 V 1556 a nuntio peracta erat (vide Wojtyska PP, p. 78). Drohojowski non ita pridem ad sedem suam Volboriae sitam se contulit, unde 12 V eodem anno ad Lippomanum litteras dedit (cfr. N. 90).

<sup>688</sup> Nicodemus Pcezeniński, cfr. supra, N. 91.

<sup>689</sup> Epistula non reperta.

<sup>690</sup> Vide supra, N. 60.

<sup>691</sup> Vide N. 100.

*(Dzierzowski) dari, qui se Lovicii iam 5 menses hospitio excipit. Notum facit se brevia epo Vladislavinski (Drohojowski) eiusque capitulo destinata non prius eis tradere statuisse quam concluderetur conventus senatorum Varsaviae celebrandus, nolle enim regem, episcopo benevolum, irritare; sin vero episcopus in "colloquio" cleri ad 6 IX Lovicii indicto rectam fidei professionem facere renuerit, tum se ei praefatum breve traditurum esse. Nuntiat propositum matrimonii inter reginulam (Catharinam) et filium regis Sueciae (Ericum) ineundi iam tribus mensibus ante intermissum esse. Probat missionem legatorum papae, qui de pace, concilio et societate bellica contra Turcas instituenda acturi sunt, putat tamen "protestantes" Romam ad concilium venturos non esse. Revocat ei in memoriam opinionem suam, sub Paulo III et Iulio III pronuntiatam, primum scilicet Ecclesiae reformationem perficiendam esse, deinde vero concilium, etiam in Saxonia, convocandum. Responsum a papa oratori regio (Maciejowski) datum sibi placuisse scribit. Gratias agit, quod arbitrio suo relictum sit, utrum in Italiam redire debeat necne, et nuntiat se, concluso conventu senatorum ad 14 IX Varsaviae indicto, illuc reversurum esse. Significat de possibili expeditione bellica a rege Poloniae in Livoniam movenda propter aepum Rigensem (Gulielmum) in arce Kokenhusen a magistro Livoniae (Henrico a Galen) obsidione cinctum et oratoris ad eum regii (Caspars Łacki) occisionem; quam ob rem regem sententiam archiepiscopi (Dzierzowski) expetiisse, utrum bellum movendum sit necne; archiepiscopum vero - communicato secum consilio - conciliationem inter adversarios suasisse. Gratias agit pro 800 scutatis nummis sibi Romae persolutis. De ducatu Paliani ei in feudum dato gratulatur. Rogat, ut servitorem suum, cum litteris ad papam missum, quam citissime ad se remittat.*

**Cop.:** Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 191r-193v.

Lettera scritta in risposta dell'ante registrata<sup>692</sup>  
all'Ill.mo Sig. Duca di Palliano, nipote di Sua Santità, di VII di Luglio 1556

Ill.mo et Eccellentissimo Signor mio osservandissimo. E' pur piaciuto al Signor Dio che V.ra Signoria Ill.ma m'habbia consolato con una sua lettera di III del passato et m'habbia dato buona nuova della salute di Sua Santità, con qualche avviso delle cose<sup>693</sup>, le quali già tanto tempo ho desiderato sapere, perché posso dire con verità che doppo ch'io son in questo Regno, non ho prima di adesso inteso cosa alcuna della mente di Sua Beatitudine circa gli

<sup>692</sup> In supranominato registro Septimancensi huic scripto antepositae sunt litterae Ioannis Carafa ad Lippomanum 30 V 1556 datae (vide N. 93).

<sup>693</sup> Vide supra, N. 93. De litteris eius usque ad 3 VI retentis vide ibidem notam de origine scripti tractantem.

negotii occorrenti. Il che m'haveva tanto debilitato, che hormai non sapevo più che mi fare o dire, havendo scritto tante fiato alla Corte, et di materie importantissime, né mai essendomi stato risposto pur una parola.

Ho ricevuto il breve di Sua Santità a me inviato, et inteso molto bene la sua volontà, la qual eseguirò con tutto il mio potere<sup>694</sup>. Manderò etiandio il breve al Vescovo di Cracovia<sup>695</sup>, ma saria stato molto a proposito ne fusse stato scritto un'altro, a questo Rev.mo Arcivescovo<sup>696</sup>, il quale qui è capo della barca et fa molto volentieri tutto quello che gli viene ricordato, oltre che m'ha tenuto in questo suo Castello cinque mesi, con la maggior charità del mondo, ancorché non gli sia stato oneroso in cosa alcuna. Però saria bene che Sua Beatitudine si degnasse far scrivere ancor a lui diece [sic] parole amorevoli, perché in verità lo merita; et anco per animarlo a portarsi valorosamente nel Convento futuro, ch'io ad altro non attendo.

Quanto a gli brevi del Vescovo Vladislaviense et suoi Canonici<sup>697</sup>, m'è [191v] parso ispediente soprasedere un poco a darglieli, sì perché questo Regno hora è sottosopra, nel quale non vorrei [sic] eccitar maggior tumulto, massimamente soprastando il Convento di Varsovia, sì perché la mente del Re pare al presente un poco meglio inclinata alle cose della fede che prima, come mi vien detto da molti et anco posso comprendere da una lettera, ricevuta già doi giorni da Sua Maestà<sup>698</sup>; poi perché non habbiamo ancor sentito quel che habbia detto il Re, doppo la risposta fatta da Sua Santità all'Orator di quello<sup>699</sup>; et anco per non irritarlo più, essendo un poco alterato per il presto abbrugiamiento di quei Giudei, de quali scrissi per inanzi<sup>700</sup>, però che questo Vescovo è molto amato da Sua Maestà. Onde, poiché Sua Beatitudine si degna rimettere in me questo negotio, mi governerò con prudenza et secondo ch'io vedrò andar le cose del mondo. E perché, come ho scritto per altre mie, habbiamo inditto un Colloquio di Prelati et Capitoli del Regno in questo luogo per li VI di Settembre<sup>701</sup>, nel quale, secondo la consuetudine di questo Regno, s'ha da dimandar conto della fede di ciascuno con giuramento, se io vedrò ch'egli non stia in cervello, come ho inteso altre volte non essere stato, all'hora, senza alcun rispetto, gli darò il breve. Di questo medesimo parere è il Rev.mo Arcivescovo, il quale sa molto bene gli humori di costoro, et ancorché l'habbia per heretico ispedito, pure gli pare che per hora non poniamo tanta carne nel fuoco, come si dice in volgar proverbio. Ma siamo bene ambidua [sic] di mente che bisogna al tutto castigarlo.

<sup>694</sup> Vide supra, N. 92.

<sup>695</sup> Breve ad Andream Zebrzydowski, 29 V 1556 datum, cfr. N. 93.

<sup>696</sup> Dzierzowski.

<sup>697</sup> De brevibus ad Ioannem Drohojowski eiusque capitulum datis vide ibidem, N. 93.

<sup>698</sup> Litterae non repertae.

<sup>699</sup> Stanislaus Maciejowski. De responso ei a papa dato vide in eodem N. 93.

<sup>700</sup> Vide supra, N. 100 et 101.

<sup>701</sup> Agitur verisimiliter de informatione in epistula 21 VI 1556 data, in qua tamen nulla de dato convocationis mentio invenitur (vide N. 100).



Ho visto il desiderio di Sua Beatitudine nella materia del matrimonio del figliuolo del Re di Svetia<sup>a</sup>)<sup>702</sup>, ma ancorché già tre mesi s'havesse gran speranza che quel matrimonio succedesse, nondimeno al presente la cosa è al tutto sopita et non se ne dice più parola; credo forse perché quel Re fa guerra con gli Moscoviti, et pretendeva haver [192r] questo in sua compagnia, ma esso ha fatto tregua con quel Duca<sup>703</sup>. Starò dunque attento, finché mi trovo in questo Regno, se si ritorna più alla pratica, et non mancherò in quel caso di far quanto m'impone Sua Beatitudine, ancorch'io pensi che per questa via poco si guadagnerebbe, salvo se non vedessi questo Ser.mo Re ferventissimo et zelantissimo Christiano, che per me non so ancora quel che habbia da essere.

Il mandare degli Rev.mi et Ill.mi Legati a gli Principi è stata impresa degna di Sua Santità, sì per la pace, come per il Concilio et per l'ispeditione contra Infedeli<sup>704</sup>. Piaccia al Signor Dio prosperar ogni suo santo et honesto desiderio, ma credo bene ch'appresso qualch'uno Sua Beatitudine troverà gran resistenza circa il convocar il Concilio a Roma. Et qui già appresso alcuni se ne comincia a parlare largamente et quasi con burla che il Concilio non potrà essere libero, essendovi presente la persona di Sua Santità, et che gli Protestanti o Vangelisti, come gli dimandano, non vi verranno, et conseguentemente non accetteranno cosa ivi determinata per cosa conciliare. Io, come è il mio debito, rispondo a ognuno et laudo l'opponione di Sua Beatitudine, la quale so essere retta dal [sic] Spirito Santo et non poter errare. Pur pare che non si sodisfacciano. Però desidero haver l'instructione, la qual V.ra Eccellenza dice di voler mandarmi, acciò con più fondate ragioni possa incaminare il buon proposito di Sua Beatitudine. Altre volte sotto Papa Paolo et Papa Giulio, ove io maneggiava un poco queste cose conciliari, scrissi alle loro Beatitudini che facessero primariamente una buona et vera riformatione della Chiesa, essi sedendo nella sua Santa Sede, et che non dubitassero poi mandar il Concilio in mezo la Sassonia, perché io sapevo certo che Dio favorirebbe la verità, et mi offeriva per il primo d'andarvi<sup>705</sup>. Né fui mai d'opponione che la [192v] riforma si facesse nel Concilio, per molti scandali et disordini che io ho et veduti et praticati. Ma perché Sua Santità è in questa resolutione, non ho da far altro che humiliarmi et, flexis poplitibus, abbracciare il suo santo volere. Il quale, come ho detto di sopra, so essere indrizzato da Dio.

Piacemi che Sua Santità s'habbia lasciato intendere all'Ambasciatore del Re et che non gli habbia concesso cosa alcuna di quelle brutte che dimandava, et che ancor io habbia havuto buon sentore che tali cose non si doveva-

<sup>702</sup> De cogitato matrimonio reginulae Catharinae cum filio regis Sueciae, Erico, cfr. N. 93.

<sup>703</sup> De conatibus Gustavi Vasa Sigismundum Augustum bello cum Moscovitis implicandi et de induitiis inter regem Poloniae et Ioannem Terribilem initis vide supra N. 84.

<sup>704</sup> De legationibus card. Caroli Carafa et Scipionis Rebiba vide in eodem N. 93.

<sup>705</sup> Hae et omnes aliae epistulae a Lippomano ad summos pontifices ex concilio scriptae deperditae sunt, cfr. Jedin GKT III, p. 538.



no richiedere<sup>706</sup>. Quel che sia seguito dall'Ambasciatore, io non lo so, né qui ancora del suo venire è alcuna nuova, né il Re in quest'ultima lettera ch'io ho havuto da lui, qual è di 28 del passato, me ne dice parola<sup>707</sup>.

Quanto al mio stare o ritornare, ringratio Sua Santità che si degni ponere ogni cosa in man mia. Io, come ho scritto per altre mie ultimamente mandate a Sua Beatitudine per un mio familiare, spacciato apposta, starò qui fin'alla celebratione del Convento Varsoviense, che sarà a 14 di Settembre, per non lasciar il Regno in manifestissimo pericolo et per non abandonar i buoni, gli quali non volevano intendere per alcun modo questa partita, per vedere finalmente in che banda habbia da inclinare questo negotio della religione. Poi subito me ne ritornerò di certo. Et alle prefate lettere, ispedite di qua a 23 del passato, mi referisco in ogni cosa<sup>708</sup> per non essere a V.ra Eccellenza fuor di modo rincrescevole.

Di qua è suscitato un nuovo moto di guerra tra il Duca di Prussia<sup>709</sup>, già Maestro dell'Ordine Sanctae Mariae Theutonicorum, poi fatto Lutherano, et il Maestro moderno Cattolico di essa Religione, quale sta in Livonia<sup>710</sup>, per causa dell'Arcivescovo Rigense, nel quale l'Arcivescovo presente, fratello del Duca<sup>711</sup>, vuol fare coadiutore un fratello del genero di esso [193r] Duca, heretico<sup>712</sup>. Ma il detto Maestro non vuole, come più ampiamente V.ra Eccellenza vedrà per l'informazione ch'io le mando<sup>713</sup>. Et già si è detto che'l Maestro assedia il prefato Arcivescovo co'l pretense coadiutore in un Castello<sup>714</sup> con gente assai, talché non si possono tenere più di due settimane. Il Duca et l'Arcivescovo hanno dimandato aiuto al Ser.mo Re di Polonia, come parente et

<sup>706</sup> De responso Stanislae Maciejowski a summo pontifice dato vide N. 93.

<sup>707</sup> Epistula regis non reperta.

<sup>708</sup> Vide supra, N. 100.

<sup>709</sup> Albertus Hohenzollern.

<sup>710</sup> Henricus a Galen († 1557), ab a. 1551 magnus magister rami Livoniensis, tum adhuc de nomine catholici, Ordinis Theutonicorum, qui in Livonia Ensiferi vocabantur, nisi forsan Lippomanus per "modernum magistrum" Gulielmum a Fürstenberg († 1568), a. 1555 electum coadiutorem Henrici, significare intendisset, erga Albertum ducem in Prussia et Poloniam hostilem, controversiae, quae subtus describitur, principalem promotorem (cfr. Jasnowski, p. 141).

<sup>711</sup> Gulielmus Hohenzollern (1498-1563), de marchionibus Brandenburgensibus in Ansbach, aepus Rigensis ab a. 1534, reapse religionis Lutheranae fautor.

<sup>712</sup> Christophorus (1537-1592), frater Ioannis Alberti ducis Megapolensis, qui m. Februario a. 1555 cum Anna Sophia, filia ducis in Prussia Alberti, matrimonio iunctus erat. Ambo doctrinae Lutheri favebant. Propositum nominandi eum coadiutorem Gulielmi, ab Alberto inventum et a Nicolao Radziwiłł Ni-gro adiutum, eo spectabat, ut dominationem Ordinis Ensiferorum in Livonia frangeret et vim, quam Moscovitae ibi exercebant, debilitaret, simulque regi Poloniae viam aperiret ad provinciam illam in feudum obtinendam. Huiusmodi consilium, cui Sigismundus Augustus suffragabatur, a magistro Livoniae Henrico a Galen firmiter repudiatum est (cfr. eius responsum Ioanni Domanowski, oratori Sigismundi Augusti 5 VI 1556 datum, ed. Lanckorońska DARP II, p. 115-116), attamen Christophorus, qui iam inde a 25 XI 1555 Rigae commorabatur, invito papa et spreto reclamationibus Ordinis Livoniensis, coadiutoriam accepit (cfr. Jasnowski, p. 131-140).

<sup>713</sup> Non est conservata.

<sup>714</sup> Agitur de Kokenhusen (hodie Koknese), arce aeporum Rigensium ad Dvinam fluvium, 100 km orientem versus a Riga distante (vide A. 28). Obsidionem coeptam fuisse a coadiutore magni magistri, Gulielmo a Fürstenberg, die 28 VI 1556 (cfr. Jasnowski, p. 156).

protettor loro. Onde il Re ha mandato doi Ambasciatori, uno al Maestro et uno all'Arcivescovo, per procurar la pace tra loro. Et parmi che quel ch'andava all'Arcivescovo sia stato preso et amazzato dagli soldati del Maestro, et togliti tutte le scritture et mandati<sup>715</sup>. Per il che il Re, tutto commosso, ha scritto con diligenza una lettera a questo Ill.mo Arcivescovo di Gnesna che gli dica il suo parere se ci debba mandar a soccorrere il Duca et l'Arcivescovo, o non, parendogli gran invidia che'l suo Ambasciatore, contra ius gentium, come egli dice, sia stato amazzato, ch'egli non possa con honor suo abandonar gli commessi alla sua protezione<sup>716</sup>. L'Arcivescovo subito ha parlato meco, mostratami la lettera del Re<sup>717</sup> et dimandato sopra di ciò la mia opinione. La qual è stata senza alcun scrupolo conforme alla sua, che Sua Signoria Rev.ma scriva al Re che per conto alcuno non entri in questo ballo di voler far guerra contra Christiani in favor di heretici, et per causa ingiusta; et se non gli basta l'animo senza il Senato, di castigar questi innovatori d'heresie, come vuol Sua Maestà entrare in una simil guerra senza la consulta del suo Regno; et come potrà ella haver contributione dal Regno alla guerra cominciata senza suo consulto; et che anderebbe anco a pericolo che Sua Maestà, volendo defendere altri, tirasse adosso di suoi stati una gran guerra, massimamente potendo questi Cavallieri Tedeschi haver facilmente soccorso dalla Germania<sup>718</sup>. Però si consigliava Sua Maestà che ponesse buone guardie agli confini di Littuania et di nuovo trattasse la pace tra questi signori, al meglio che potesse, et quanto più presto se ne venisse in Polonia, chiamasse il suo Senato et con esso lui conferisse ogni cosa, et all'hora molto bene si potrebbe risolvere del tutto. Di questa maniera ha rescritto [193v] l'Arcivescovo al Re con una bella lettera che non dispiacerebbe a Sua Beatitudine<sup>719</sup>. Et credemo quasi che'l Re accetterà questo consiglio per il migliore.

Io non so con che parole ringratiar V.ra Ill.ma Signoria degli 800 scudi, fatti pagare a Messer Francesco mio costi<sup>720</sup>. Gli quali certo mi sono stati di gran rilevamento; che, per dirle liberamente il vero, non potevo più durare così. So Sua Santità essere povera, ma io son poverissimo, con tanti travagli alle spalle che Dio lo sa. Star qui bisogna honoratamente, con famiglia, calvalature et carri assai, chi vuol mostrare di essere degno ministro di quel tanto gran Signore, di cui si è. Confido nella sua cortesia che nell'avvenire an-

<sup>715</sup> Orator ille fuit aulicus Nicolai Radziwiłł, Caspar Łącki, trucidatus 4 VI 1556 (vide Jasnowski, p. 149), cfr. Radziwiłł ad Albertum ducem in Prussia, 17 VI 1556 (Lanckorońska DARP X, p. 72-73).

<sup>716</sup> Fusius de hac protectione et tutela vide infra, in N. 118.

<sup>717</sup> Epistula haec non est conservata. Similes epistulas "de negotio magistri Livoniensis" tractantes alii quoque episcopi et senatores saeculares acceperunt, cfr. Warszawa, AGAD, Metryka Litewska, ms. 76 f. 198r.

<sup>718</sup> Equites Ensiferi revera tunc temporis auxilia petebant residuae catholicae partis Ordinis Theutonicorum, in Germania commorantium, ibique militem mercenarium conscribebant (Jasnowski, p.141, 153).

<sup>719</sup> Epistula non reperitur. De eius argumento refert Dzierzowski in litteris suis ad vicecancellarium Przerembski 28 VIII 1556 datis, vide Pociecha AMD, p. 91.

<sup>720</sup> Franciscus Corona, curator negotiorum Lippomani Romae.

co non mi lascerà mancare nelle mie necessità. Vorei [sic] io poter soccorrere agli bisogni di Sua Santità, che lo farei molto volentieri, sed nemo dat quod non habet.

Con tutto il cuore mi rallegro con V.ra Eccellenza della dignissima sua assunzione al Ducato di Palliano et prego il Signor Dio le doni gratia di goderlo in perpetuo con la sua posterità. Et ancorché le cose di Preti [!] hoggidì non paiano molto stabili, come dimostrano gli essempli passati, nondimeno ho tanta fede nella misericordia di Dio, nella bontà et sincerità, con la quale Sua Beatitudine si è mossa a far questo grande effetto, et nel timore di Dio che ha V.ra Signoria Ill.ma, et nelle singolari virtù, de quali ella è dotata, et nella buona giustitia ch'esserciterà, la quale è la conservatione di stati, che Sua Divina Maestà stabilirà tal Ducato nella Sua Ill.ma Casa, di modo che si potrà dire: Haec est domus firmiter aedificata, bene fundata est super firmam petram<sup>721</sup>.

Altro per hora non ho che dire a V.ra Eccellenza, se non pregarla si degni baciare a mio nome gli beatissimi piedi di Sua Santità et mi tenga sempre conservato nella sua buona gratia. Qual etiamdio con ogni reverenza supplico ad ispedir indietro quanto più presto il messo ch'io ho mandato a Sua Beatitudine, se però al giungere di questa non si trovasse già ispedito, perché desidero molto haverlo di ritorno avanti il prefato Convento. Et humilissimamente le bacio le degnissime mani. Di Loviz in Polonia, a VII di Luglio 1556.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

<sup>a)</sup> *Hic etiam, similiter ac in N. 93, scriptor per errorem scripsit: Scotia*

#### N. 104.

#### **Aloisius Lippomano et Nicolaus Dzierzowski Capitulum Cathedrali Gnesnensi**

[Lovicii, paulo ante 16 VII 1556].

*Litterae*, in quibus eis mandatur severe ac poena censurarum ecclesiasticarum comminatur, quo ad tractandos tractatus religionis pernecessarios, duos de gremio sui Lovicium mitterent, mutuo de eo negotio secum tractando ac deliberando, animadvertentes ad hoc negotium arduum homines doctos,

<sup>721</sup> Cfr. Matth. 7, 25 et Luc. 6, 48.

eruditos eligi debere, qui doctrina, ingenio ac consilio suis Reipublicae Ecclesiae collapsae succurrere possint<sup>722</sup>.

**Summarium ex or.:** Gniezno, AA, ACap, ms. B 20 f. 14r (est summarium litterarum, quae lectae erant - sine dato - in sessione capituli die 16 VII 1556 peracta).

### N. 105.

**Paulus IV, pontifex maximus**  
**Aloisio Lippomano**

Romae, 1 VIII 1556.

*Se exitum conventus (senatorum Varsaviae celebrandi) animo sollicito expectare scribit. Is si religioni catholicae commodus fuerit, se arbitrio eius permittere, utrum in Polonia diutius commorari, an in Italiam redire malit. Si res tamen minus feliciter successerit, nuntiat praesentibus litteris alias adiunctas esse, eum ex Polonia revocantes, quibus quando velit uti possit.*

**Cop.:** Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 197r-v.

Breve di Nostro Signore per la nostra andata conditionato,  
del primo d'Agosto 1556

Ven.li Fratri Aloysio Epo Veronensi, etc. Paulus Papa IIII

Ven.lis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Conventus exitus istic propediem celebrandi<sup>723</sup> suspenso valde animo et sollicito expectamus, in quo Deum orare non desistimus, ut pro sua misericordia Regnum et nationem illam respiciat, et cum Ser.mo Regi, tum caeteris ita adsit, ut idoneis remediis adhibendis et praesens malum sanetur et imminentibus periculis obviam eatur. Si is rerum eventus fuerit, qui et a Ser.mi Regis pietate et a Senatus illius prudentia expectari debet, agemus Deo omnipotenti debitas gratias et sedulitatis, studii ac diligentiae, Deo authore, in causa Religionis

<sup>722</sup> In sessione die 16 VI 1556 peracta legati ad conventum illum, qui postea in synodum provincialem mutatus est, electi erant Albertus Psarski iuris utriusque et Gabriel a Lovicio theologiae doctores (v. Gniezno, AA, ACap, ms. B 20 f. 14r).

<sup>723</sup> Agitur de conventu senatorum Varsaviae ad 14 IX 1556 indicto, cfr, supra, N. 100 et 103.

adhibitae fructum optatissimum ex Dei ipsius honore et ex animarum salute capiemus.

Itaque, si res ita processerit, permittimus Fraternitati tuae, ut peracto Conventu, sive diutius istic commorandum duxerit, sive redire in Italiam maluerit, id consilii capiat, quod ipsi videbitur, quicquid enim ipsa de suo reditu aut mansione constituerit, id ab ea recte et prudenter deliberatum et statutum fuisse iudicabimus. Sin autem res propter peccata secus successerit, id quod Deus avertat, ac propterea omnino discedere constitueris, quod diuturnior commoratio, praeterquam quod iam foret inutilis, etiam a Sedis Apostolicae dignitate aliena futura esset, mittimus alteras ad te litteras [197v] cum his coniunctas<sup>724</sup>, quibus, cum tibi tempus opportunum esse visum fuerit, uti poteris. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Augusti 1556, Pontificatus nostri anno secundo.

Io[annes] Barengus<sup>725</sup>

**N. 106.**

**Paulus IV, pontifex maximus**  
**Aloisio Lippomano**

Romae, 1 VIII 1556.

*Propter annuntiatum conventum senatorum mox Varsaviae celebrandum, litteras brevium ad regem et alios datas mittit eis porrigendas. Mandat ei, ut peracto conventu Romam redeat, ubi opera eius in aliis magni momenti negotiis conficiendis utilis erit.*

**Min.:** AV, Arm. 42, ms. 8 f. 82r.

- **Ed.:** Raynaldus XIV, p. 605-806.

**Cop.** (ex or.): Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 197v-198r.

Ven.li fratri A[loisio] Epo Veronensi etc.

Ven.lis frater. Etsi malum illud, cui mederi ab ipso nostri Pontificatus initio omni animi studio non destitimus, nimis auctum et ab his, qui haereti-

<sup>724</sup> Vide infra, N. 106.

<sup>725</sup> Ioannes Barengo († 1559), secretarius "domesticus" Pauli IV, maioris momenti bullis et brevibus conscribendis praepositus, v. Ancel SPP, p. 49-50 et 52-56.

corum audaciam et pravitatem in illo regno alunt, quam reprimere et coercere debuerant, corroboratum fuit, tamen spem eius sanandi omnem in Dei primum misericordia, tum in conventus istius, qui propediem celebrandus est<sup>726</sup>, autoritate repositam habemus. Scribimus autem hoc tempore, tum ad Ser.mum Regem, tum ad nonnullos alios, officii sui et instantium regno ac patriae suae periculorum paterne admonentes et ad resistendum perniciosis improborum hominum consiliis adhortantes, quas literas una cum exemplis ad te mittimus<sup>727</sup>. Deum optimum precamur, ut eam ipsis mentem det, ut et animabus suis et caeteris etiam rebus consulant atque prospiciant.

Quoniam autem peracto conventu Fraternitatis tuae isthic praesentiam non videmus amplius necessariam fore, utcumque res processerit, tuaque hic nos opera et consilio vehementer indigemus ad eas res tractandas, quae ad Dei honorem, nec ad partem Ecclesiae, sed ad omnem Ecclesiam pertinebunt, idcirco Fraternitati tuae per has literas mandamus, ut postquam dimissus<sup>a)</sup> fuerit conventus, salutato Rege, eaque hortatione, quam rerum status eo tempore postulabit, adhibita, ad nos redeas, operam tuam, quam ad hoc tempus Poloniae navasti, nobiscum una et cum reliquis Fratribus, universo, ut diximus, Christiano populo pari pietate navaturus. <sup>b)</sup>Datum Romae, apud Sanctum P[etrum] etc., die prima Augusti MDLVI, Anno 2<sup>o</sup>.

Duplicetur.

Io[annes Barengus]-<sup>b)</sup>

<sup>a)</sup> *Adscriptum supra pro expuncto: peractis*

<sup>b-b)</sup> *Manu Ioannis Barengi.*

## N. 107.

**Aloisius Lippomano**  
**Stanislao Hosio, epo Varmiensi**

Lovicii, 3 VIII 1556.

*Certiozem eum facit regem mox Varsaviam adventurum esse, ut consensum Polonorum ad expeditionem bellicam in Livonia suscipiendam consequatur. Sperat fore, ut per mortem aepi Rigensis (Gulielmi) huiusmodi controversia*

<sup>726</sup> Idem conventus senatorum, Varsaviae 14 IX 1556 celebrandus, de quo in N. 105.

<sup>727</sup> Solum breve ad regni vicecancellarium, Ioannem Przerembski, 1 VIII 1556 datum, reperiri potuit. Cuius conceptum in AV iuxta minutam supramemorati brevis ad Lippomanum servatur in Arm. 42, ms. 8 f. 83r-v (ed. Raynaldus XIV, p. 606). Quanti momenti haec brevina fuerint, testatur breve cursorem, ea in Poloniam "per equos dispositos" gestantem, commendans (vide A. 29).

*componatur. Ad congressum cleri Lovicii indictum eum invitat. Significat papam Romae Concilium Lateranense celebrare velle.*

**Or.:** Gotha, FB, ms. Chart. A 381 f. 73r. In f. 74v inscriptio et sigillum.

- **Ed.:** Cyprianus, p. 70-71.

- **Ed.:** Hipler-Zakrzewski HE II, p. 736-737.

Ill.me Praesul.

Litteris tuis, quas superioribus diebus ultimo loco accepi, dudum ipse respondi<sup>728</sup>. Vix enim ferre possum me abs te eo officii genere superari, cui in mutuo quoque amore minime concedam. Sed mirum est, quam semper amanter atque officiose te mecum gesseris.

Hodie vero huc ad nos ex Urbe Vilna litterae allatae sunt, ex quibus iam ea spe sumus Regiam Maiestatem, omissis venationibus, mox suo tempore Varsoviam ituram. Urget nanque bellicum negotium, quo sine Polono consensu minime, ut audio, decrevit implicari. Iamque altera nobis spes est iniecta, sublato Archiepiscopo illo (sic nanque accepimus)<sup>729</sup> facile res illas componi posse, quas Deus bene vertat. Expectamus vero Amplitudinem tuam, denuoque ad statam illam Septembris diem congressus ei nostros indicimus. Interim bene valeat, amoremque mihi suum, quem tantopere amo, integrum semper incolumemque conservet. Ex arce Lovitii, III Augusti [MD]LVI.

Rev.mae Amplitudinis tuae totus ex animo addictus

(<sup>a</sup>-A[losius] Lipomanus indignus Epus Veronensis, Nuncius Apostolicus

Audio Ss.mum Dominum Nostrum velle omnino celebrare Concilium, sed Romae, eo praesente, velleque alterum Lateranense Concilium habere<sup>b</sup>)<sup>730</sup>. Expecto nuncium hac de re in horas. Quicquid scivero, statim Dominationi V.rae Rev.mae significabo<sup>a</sup>).

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

<sup>b)</sup> *Adscriptum supra pro expuncto: celebrare*

<sup>728</sup> Neutrae litterae ad aetatem usque nostram servatae sunt.

<sup>729</sup> Falsus rumor, cfr. infra, N. 110.

<sup>730</sup> Vide supra, N. 93.

**Aloisius Lippomano**  
**Ioanni Carafa, duci Paliani**

Lovicii, 4 VIII 1556.

*Ad ea, quae 7 VII de aepe Rigensi (Gulielmo) a magistro Livoniae obsidione cincto scripserat, adiungit nuntium de eodem archiepiscopo profligato, in custodiam coniecto et mortuo; de legatione palatini Vilnensis (recte Marienburgensis, Achatii Czema) in Prussiam, de legatorum Livoniensium Vilnam adventu et de odio, quo Albertus dux in Prussia a suis subditis afficitur. Nuntiat se, etiamsi annuntiatus senatorum conventus non celebraretur, alteram hiemem in Polonia transigere nolle. Describit ruinam turris campanariae ecclesiae Loviciensis. Scire cupit, num summus pontifex consensurus sit, ut coadiutoria Gnesnensis vicecancellario (Przerembski) conferatur. Significat consensum regis Romanorum (Ferdinandi) ad Transilvaniam Ioanni Sigismundo Zápolya et eius matri restituendam, de qua re assequenda Martinus Cromerus Vindobonae agebat.*

**Cop.:** Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 194r-195r.

Lettera scritta all'Eccellentissimo Sig. Duca di Palliano  
 di IIII d'Agosto 1556

Ill.mo et Eccellentissimo Signor mio colendissimo. L'ultime mie a V.ra Signoria Ill.ma furono di VII del mese passato, et per quelle, fra l'altre cose, l'avvisava come il Gran Maestro di Livonia assediava l'Arcivescovo Rigense, fratello del Duca di Prussia, in una Rocca<sup>731</sup>. Hora le dico come è venuta nuova che la detta fortezza è stata presa da esso Gran Maestro, et l'Arcivescovo ancora, essendo però prima fuggito secretamente il coadiutore et havendo il Maestro mandato l'Arcivescovo in prigione in una sua Rocca presso di Moscovia<sup>732</sup>, dicono essere morto, o per dolore d'animo, o per veleno, o per qual cosa se sia<sup>733</sup>. Ciò ha portato a questo Ser.mo Re gran travaglio. Et sono di quei che dicono Sua Maestà non poter fare di meno che non faccia guerra per ven-

<sup>731</sup> De aepe Rigensi Gulielmo in arce Kokenhusen a Gulielmo de Fürstenberg obsessio vide N. 103.

<sup>732</sup> Re vera arx Kokenhusen iam 30 VI 1556 expugnata fuit; aepe Gulielmus in castro Marienhusen (Vilaka, etiam hodie prope fines cum Russia sito, circa 100 km ad meridiem a Pskov) detinebatur, eius autem coadiutor, Christophorus dux Megapolensis, in arce Venda (Wenden, nunc Cesis, 90 km ad septentrionem et orientem a Riga distante), cfr. Jasnowski, p. 156.

<sup>733</sup> Cfr. epistolam Nicolai Radziwiłł "Rufi", palatini Trocensis, ad Albertum ducem in Prussia, ex castro in confiniis Livoniae 19 VII 1556 datam (ed. Lanckorońska DARP X, p. 88). Agebatur tamen de falso rumore, a Lippomano in litteris sequentibus correcto (vide infra, N. 113, cfr. N. 110).



dicare questa ingiuria, essendo ella parente et protettrice di questa Casa. Alcuni altri dicono non lo farà, perché il Regno di Polonia non sarà contento. Dicono anco il Ser.mo Re haver mandato al Duca il Palatin di Vilna, a che fare non si sa<sup>734</sup>. Tuttavia sono Ambasciatori del Maestro presso al Re, gli quali negotiano questa materia, come V.ra Signoria Ill.ma vedrà tutto questo fatto meglio per un memoriale che se le manda<sup>735</sup>.

Dicesi anco che questo Duca è tanto malvoluto da suoi popoli, che se ei partisse da Monteregio, si rebelliano certo, perché sono stati sforzati da lui da Christiani diventar heretici, et se il Gran Maestro seguitasse l'impresa, facilmente [194v] lo balzaria da quel Ducato.

Se mo' il Re sia per venire a Varsovia secondo l'ordine dato, o no, io non lo so dire a V.ra Signoria Ill.ma. Se verrà, a[n]derò al Convento, come altre volte ho scritto<sup>736</sup>; se io vedessi anco la cosa andar molto in lungo, io senz'altro m'incaminerò per Italia, perché non voglio che'l freddo mi giunga qui un'altro anno. In tal caso Sua Santità et io saremo iscusati, et appresso a Dio et appresso al mondo.

Non voglio restar di dire un gran caso a V.ra Signoria Ill.ma che ci occorse. Domenica<sup>737</sup> eravamo in Chiesa alla messa grande, Mons. Rev.mo Arcivescovo et io, con molto popolo, dove al tempo dell'offertorio si levò un gran rumore, perché si vedevano alcune pietre cascare dalla torre di essa Chiesa, la quale non è minore che'l Campanile di Santa Maria Maggiore di Roma, ben più larga assai. Et appena acquietatosi il primo, al Sanctus ne nacque un'altro. Perché pur continuava, et s'accresceva il cascar delle pietre, vedendo il già detto Rev.mo et io questo terror del popolo, mostratosi il Signore<sup>738</sup>, deliberammo d'uscire fuori di Chiesa. Et così, doppo che fussimo usciti, in spatio che si direbbe un Credo, essendo noi in piazza, dinanzi agli nostri occhi la torre s'aprì et cascò un cantone dalla cima sin'al fondo, tirandosi dietro più della terza parte di essa, proprio sopra la Chiesa, ma per gratia di Dio non colse alcuna persona, perché, usciti noi, tutti uscirno dietro. Talché, se Dio non ci premoniva d'uscire, dubito che facevamo male i fatti nostri. Caso certo horribile et spaventoso pur a pensarlo. Lo quale presagendo prima alcune cicogne, che vi havevano il nido con gli figliuoli in cima, proprio da quella parte che ha fatto rovina, doi giorni avanti si partirno di là con gli cicognotti, né

<sup>734</sup> Haec etiam aliter se habebant. 11 VII 1556 ad Albertum ducem in Prussia non palatinus Vilnensis Radziwiłł "Niger" missus est, sed palatinus Marienburgensis Achatius Czema, qui Albertum bellum vehementer flagitantem mitigaret (cfr. Jasnowski, p. 157).

<sup>735</sup> Vide A. 28. Oratores magni magistri Henrici a Galen et eius coadiutoris Gulielmi a Fürstenberg fuerunt: epus Revaliensis Fridericus ab Ampten, doctor Rempertus Gilsheim et Michael Brunnov. In audientia eis 13 VII concessa regi explicare conati sunt rationes Ordinis erga aepum Gulielmum se gerendi et praevertere expeditionem bellicam Polonam et Lithuanam in Livoniam suscipiendam (Jasnowski, p. 158-161, cfr. Sigismundus Augustus Alberto duci in Prussia, 18 VII 1556, Lanckorońska DARP II, p. 120-121).

<sup>736</sup> Vide supra, N. 103.

<sup>737</sup> Die 2 Augusti.

<sup>738</sup> Id est elevatione Hostiae peracta.

più furono viste tornarvi, come affermano molti circonvicini della Chiesa, gli quali ebbero in ciò avvertenza. Il che è quasi simile [195r] a quello che si legge delle cicogne d'Aquilegia, le quali essendo viste da Attila, Re degli Hunni, doppo che l'ebbe assediata alcuni anni, partir fuori di detta Città, portando via, altre le ova, altre gli piccioli figliuoli, tre giorni avanti la presa et desolation di quella, gli diedero animo et ferma speranza d'espugnarla. La qual cosa egli tentò et conseguì in tre giorni<sup>739</sup>. N'ho voluto dar notitia a V.ra Signoria Ill.ma, accioché ella conosca Dio haver havuto protezione della persona mia, et anco perché se vi fusse qualch'uno che havesse fatto qualche altra relatione a Sua Beatitudine con disegno che fusse vacato il Vescovato di Verona, come fu altre volte detto, ella sappia me, per la gratia di Dio, essere ancor vivo, sano et salvo, et per far ancora qualche servitio a Sua Santità et a V.ra Signoria Ill.ma.

Desidero sapere se Sua Santità è contenta passare la Coadiutoria di questo Arcivescovato nella persona del Rev.mo Vice Cancelliere del Regno, soggetto molto atto et sufficiente a questo ufficio, massime al tempo presente, della qual cosa molte volte ho scritto, ma non ho mai havuto risposta. L'ultime ch'io ho da V.ra Signoria Ill.ma sono di XXX di Maggio, tenute a gli 3 di Giugno. Et altre scritture non ho visto, qual[i] ella mi avvisava mandarmi<sup>740</sup>. Bacio *etc.* Di Loviz nel Regno di Polonia, a IIII d'Agosto 1556.

A[loyse] L[ipomano] V[escovo] di Verona

Postscripta. M'è stato detto che'l Ser.mo Re di Romani rende la Transilvania al figliuolo che fu del Re Giovanni et alla madre, sorella di questo Re<sup>741</sup>. Pure non l'ho da troppo buon luogo. Ho ben lettere dal dottor Gromero [sic], che a questi giorni è andato l'Oratore da parte del Re di Polonia, nelle quali mi dice haver esseguito la sua legatione et tutto, secondo il desiderio del suo padrone<sup>742</sup>.

<sup>739</sup> Lippomanus hanc fabellam deprompsisse videtur ex opusculo Philippi Buonaccorsi Callimachi, quod inscribitur *Attila*, et a. 1541 ac 1553 Basileae denuo typis editum erat, ubi narratio de auguratione ex ciconia praecipue amplificata est (ed. critica Tiberii Kardos, Lipsiae 1932, p. 10-11).

<sup>740</sup> Agitur procul dubio de instructionibus, datis a summo pontifice cardinalibus Carolo Carafa et Scipioni Rebiba in negotio concilii universalis, quarum exemplaria Ioannes Carafa Lippomano "fra pochi giorni" mittendas 30 V 1556 promittebat, vide N. 93.

<sup>741</sup> Ferdinandus Habsburg, cui bellum cum Turcis imminerebat, qui postulabant, ut Transilvania filio Ioannis Zápolya, Ioanni Sigismundo, et eius matri Isabellae, sorori Sigismundi Augusti, restitueretur (de eorum exsilio cfr. supra, N. 52, 68, 77), in eorum illuc reditum consensit. Hoc nuntium attulit Vilnam m. Iulio 1556 orator Ferdinandi, Ioannes Ujláky (vide Pajewski WPP, p. 162-163).

<sup>742</sup> Martinus Cromerus orator Vindobonam missus erat cum mandatis, ut consensum Ferdinandi ad reditum Zápolyarum in Transilvania impetraret. Mense Iulio a. 1556 eiusmodi consensus consecutus est (cfr. Pajewski WPP, p. 162-163). Litterae eius ad Lippomanum datae perierunt.

## N. 109.

**Ioannes Carafa, dux Paliani**  
**Aloisio Lippomano**

Romae, 6 VIII 1556.

*Nuntiat se litteras eius 21 VI datas, una cum scriptis annexis, accepisse et ad singula eorum capita respondet: reformationem Ecclesiae Polonae a concilio perficiendam esse, reconciliationem templorum in Bohemia profanatorum a canonicis fieri posse, papam sententiam eius de instauratione archiepiscopatus Pragensis exspectare et approbare consilium, ut coadiutoria Gnesnensis in vicecancellarium (Przerembski) conferatur; eiusdem cancellarii litem de beneficio cum Ioanne Dembnicki ei intercedentem a card. Puteo cognosci et componi debere; summum pontificem indulta conferendi beneficia in mensibus pontificiis vacantia episcopis Polonis non esse concessurum; episcopis autem Venetiis degentibus prohibitum iri, ne schismaticos Bohemos sacerdotes ordinare pergant; mittit breve ad Ioannem Tarnowski datum, responsum continens ad eius postulata non dissimile ab illo, quod Stanislao Maciejowski datum erat, brevia ad regem de negotio Iudaeorum, ad senatum, ad archiepiscopum (Dzierzowski), vicecancellarium et epum Vladislaviensem (Drohojowski), necnon 2 brevia, quibus ei ipsi liberum relinquitur, utrum in Italiam redire debeat necne. Epum Varmiensem (Hosium) laudat et mittit exempla litterarum ducis Albae ad papam et responsi ad eas dati.*

**Cop.:** Simancas, AG, Estado, leg. 2008 (Berzosa 6) f. 195v-196v.

**Cop. XVIII saec.:** Kraków, BCz, ms. 69 p. 594 (fragmentum a. 1782 manu Ioannis Baptistae Albertrandi "ex codice ms. Archivii Domus S. Pauli Clericorum Regularium Theatinorum Neapoli" descriptum).

- **Ed.:** Rykaczewski I, p. 32 (duo prima capita in versione Polona).

Lettera dell'Ill.mo Sig. Duca di Palliano di VI d'Agosto [15]56

Molto Rev.do Signor come fratello. Scrivemmo a V.ra Signoria a XXX di Maggio<sup>743</sup> et poi si sono ricevute le sue di XXI di Giugno, dirette a Nostro Signore, insieme con gli doi processi et altre scritture ch'ella ha mandato<sup>744</sup>.

Quanto alla riformaione particolare di Polonia, dico a V.ra Signoria ch' essendo Nostro Signore risoluto di celebrar il Concilio in ogni modo, non ob-

<sup>743</sup> Vide supra, N. 93.

<sup>744</sup> Vide N. 100.

stante impedimento alcuno di guerra, vuole ch'insieme co'l Concilio si faccia anco la riformatione universale.

Et quanto alle Chiese che s'hanno da riconciliare per essere contaminate per gli corpi scismatici che vi sono stati sepolti, Sua Santità vuole che se quei corpi possunt exhumari sine scandalo, quod exhumentur, ma quando non si possa fare senza scandalo, che in tal caso possint reconciliari per quemcunque in dignitate ecclesiastica constitutum, vel Canonicum, modo per aquam benedictam ab ipso Episcopo<sup>745</sup>.

Il ricordo di V.ra Signoria circa il fare un'Arcivescovo di Praga è piaciuto a Nostro Signore, et però Sua Santità vuole che V.ra Signoria pensi come ciò si possa fare et diane avviso, che Sua Beatitudine sarà sempre pronta a farlo<sup>746</sup>.

E' piaciuto medesimamente a Nostro Signore intendere che l'Arcivescovo Gnesnese habia animo di far suo coadiutore il Vice Cancelliere<sup>747</sup> et approvarlo sommamente, per le ottime relationi che Sua Santità ha di esso Vice Cancelliere. Et perciò m'ha commesso ch'io scriva a V.ra Signoria da sua parte che La tenga sollicitato il prefato Arcivescovo a mandar ad effetto quanto prima questo suo santo pensiero.

Quanto alla lite del beneficio, mossa qui da un Pollacco al Vice Cancelliere, Sua Beatitudine ha commesso a Mons. Ill.mo Puteo che procuri che la causa sia avvocata da qualunque Tribunale et conoscala Sua Signoria Ill.ma, la qual non mancherà d'ispedirla per iustitia et presto, et così alcune altre, etc<sup>748</sup>.

[196r] V.ra Signoria stia sicura che non si daranno indulti a Prelati di quel Regno di conferir beneficii ne i mesi del Papa, per l'abuso delle loro collationi, et tanto meno per essere concesse in sei mesi a V.ra Signoria<sup>749</sup>. Et è piaciuto molto a Sua Beatitudine l'avvertimento di conferir i beneficii a persone da bene, dotte et che facciano residenza.

Et scriverassi a Venetia, che non siano ordinati i Bohemi, perché essendo scismatici, non trovano in coteste bande Vescovo Cattolico che voglia ordinarli.

Si manda a V.ra Signoria un breve per il Conte di Tarnovia del tenore ch'ella vedrà per l'inclusa copia<sup>750</sup>. Et quanto alla sua instruzione<sup>751</sup>, Nostro

<sup>745</sup> Cfr. decisionem papae in nota ad summarium epistolae Lippomani (N. 100, annotationem 651).

<sup>746</sup> Hic desideratur mentio de impetrando consensu regis Ferdinandi, memorato in supradicto summario (vide N. 100, annotationem 648).

<sup>747</sup> Ioannes Przerembski. Cfr. supra N. 71, 100.

<sup>748</sup> Haec decisio de lite Ioannis Przerembski cum Ioanne Dembnicki eadem est ac illa, quae in memorato summario litterarum Lippomani continetur, cfr. N. 100, annotationem 641.

<sup>749</sup> Vide facultates, concessas Lippomano die 6 VI 1556 (N. 96).

<sup>750</sup> Breve, cuius neque conceptum, neque registrum, neque exemplar in AV ad dies nostros servata sunt, postea a Ioanne Tarnowski traditum est, una cum infra nominato brevi ad senatores (item in AV non asservato), Petro Paulo Vergerio, qui illud Regiomonti publicavit inscriptum: *Scholia in binas Pauli Papae huius nominis IIII litteras, alteras ad Illustrem D. Ioannem Comitem a Tarnov. Castellanium Cracoviensem, alteras ad magnificos Regni Poloniae Senatores Latcos*. 1556. Vladimiro Dworzaczek, qui Ioan-

Signore si rimette a quel che fu risposto al Re per il Sig. Stanislao, Ambasciatore di Sua Serenità<sup>752</sup>.

Mandiamo anco doi brevi per il Re, uno de quali è particolarmente sopra la cosa di quei scelerati Giudei, per il qual breve si eshorta Sua Serenità a procedere severissimamente contra di loro, senza far nuovo processo o nuova inquisitione, come V.ra Signoria vedrà medesimamente per la copia<sup>753</sup>.

Haverà similmente V.ra Signoria un breve al Senato, o vero Parlamento del Regno, uno all'Arcivescovo Gnesnese, uno al Vice Cancelliere et uno al Vescovo Vladislaviense<sup>754</sup>. V.ra Signoria sarà contenta di presentargli.

La copia della bolla, che Nostro Signore fece in materia degli Hebrei, si manda a V.ra Signoria con questa, perché, se si può, la faccia anco osservar in quel Regno<sup>755</sup>.

Il Vescovo Varmiense ha risposto al breve di Nostro Signore con una lettera elegantissima et molto pia, laudando assai V.ra Signoria et promettendo a Sua Santità di fare nella Dieta, con l'aiuto di Dio, tutto quello che Sua Signoria potrà in defensione della fede cattolica<sup>756</sup>. Della qual cosa Sua Beatitudine ha preso molta consolatione et vuole che V.ra Signoria lo saluti et benedichi di sua parte diligentemente et lo certifichi che Sua Santità fa molta stima di Sua Signoria et si promette ogni buon ufficio da lui, per le ottime relationi che ha della virtù, pietà et prudenza sua.

Nostro Signore non può così ben deliberare sopra la partita di V.ra Signoria, perché da una [196v] parte desidera che'l Re et quelle misere anime siano aiutate et non lasciate stratiare dall'inimico dell'humana generatione, né da suoi infelici seguaci, il che spera che la presenza di V.ra Signoria possa proibire, almeno in qualche parte; et dall'altro lato Sua Beatitudine non vorrebbe anco che La stesse lì indarno, con tanto suo disagio et con poca riputatione. Perciò, quando V.ra Signoria avrà ricevuto lo spaccio, che se le mandò per il detto Sig. Stanislao, Ambasciatore del Re<sup>757</sup>, potrà pigliar quel partito che le parrà migliore: o di venirsene, o di restare. Et Sua Beatitudine supplica la divina clemenza che la ispiri a quel ch'è suo servitio et salute delle prefate anime, et approverà quella resolutione, che V.ra Signoria farà, come quella che La può meglio giudicare lì presente, che non può Sua Beati-

---

*nis Tarnowski vitam scripsit, haec tantum editio nota fuit, quod demonstrat comitem tam instructionem suam (cfr. A. 23), quam originale brevis Vergerio tradidisse (Dworzaczek, p. 193-194).*

<sup>751</sup> Vide A. 23.

<sup>752</sup> Vide responsum Stanislao Maciejowski datum in N. 93.

<sup>753</sup> Utrumque breve ad Sigismundum Augustum deperiit. De Iudaeis cfr. supra, N. 95, 100-101 et A. 22, 24. Alterum breve procul dubio continebat adhortationem ad resistendum haereticis, morem gerens petitioni Lippomani (vide N. 100).

<sup>754</sup> Breve ad Ioannem Drohojowski, similiter ac postulata a nuntio brevia ad senatores et ad archiepiscopum Dzierzowski (vide N. 100), ad tempus usque nostrum non sunt asservata.

<sup>755</sup> Agitur de bulla "Cum nimis absurdum" de 14 VII 1555, quae libertatem Iudaeorum in terris Patrimonii Sancti Petri circumscribebat (ed. *Bullarium Romanum* VI, p. 498-500).

<sup>756</sup> Sine dubio agitur de litteris Hosii ad papam datis 31 III 1556 (vide A. 20).

<sup>757</sup> Scilicet per Stanislauum Maciejowski.

tudine tanto lontano. Così se le mandano i doi brevi come l'altra volta<sup>758</sup>. Et a V.ra Signoria mi offero et raccomando. Di Roma, a VI d'Agosto 1556.

il Duca di Palliano

Venne a questi giorni di Napoli il Sig. Giulio della Tolfa, Conte di San Valentino, mandato a Nostro Signore dal Sig. Duca d'Alva, et presentò a Sua Santità, per parte di esso Signor Duca, una scrittura, del tenore che V.ra Signoria vedrà per l'inclusa copia. Alla qual scrittura Sua Beatitudine ha fatto rispondere giustificatamente, come V.ra Signoria potrà similmente vedere per la copia di essa, la qual io le mando acciò che la possa vedere et mostrare a chi le piacerà<sup>759</sup>.

#### N. 110.

**Stanislaus Hosius, epus Varmiensis**  
**Aloisio Lippomano**

Heilsbergae, 13 VIII 1556.

*Ad tertias iam litteras nuntii se ad synodum vocantis respondet et paratum se dicit ad eam venire, dummodo dux Prussiae (Albertus) - intercedente rege - sibi caveat, ne militibus, ad bellum cum Ensiferis gerendum ex Germania conductis, transitus per Varmiam permittatur. Perscriptum antea rumorem de morte aepi Rigensis (Gulielmi) corrigit.*

**Min.:** Olsztyn, ADWO, ms. D 101 f. 70r (manus Valentini Kuczboriski). In f. 70v eadem manu: "Nuntio Apostolico et Archiepiscopo [!] die 13 Augusti 1556 Heilsbergae".

- **Ed.:** Hipler-Zakrzewski HE II, p. 743.

Rev.me in Christo pater et domine d.ne colendissime, salutem et servitutis meae officiosam [commendationem]. Tertio iam a Rev.ma Dominatione

<sup>758</sup> Vide N. 105-106, cfr. N. 79 et 80.

<sup>759</sup> Ferdinandus Alvarez de Toledo, dux Albae (1508-1582), vicereus Neapolis a. 1555-1558, per litteras reclamabat contra comprehensionem Romae et detentionem (9 VII 1556) oratoris Caroli V, Garcilassi de la Vega, qui litteris, Tarracinae per finium custodes interceptis, viceregem instigare credebatur, ut Statum Pontificium invaderet. Summus pontifex ad hanc et alias obiectiones respondit in consistorio 7 VIII 1556 celebrato, in scriptis vero hoc responsum viceregi misit non prius nisi 11 VIII (Pastor SP VI, p. 390, 394). Ex quo sequitur, ut exemplar huius responsi prius nuntio missum sit. Casus hic erat unus ex multis, qui bellum inter papam et regem Hispaniarum, 1 IX 1556 inceptum, praecesserunt.

v.ra ad synodum vocor<sup>760</sup>, ad quam venire<sup>a)</sup> sicut<sup>b)</sup> non recusavi antea, ita neque nunc recuso. Sum enim is, qui Rev.mae Dominationi V.rae, quibuscumque in rebus potero, semper gratificari cupio. Caeterum, ut<sup>c)</sup> venire possim nonnihil vereor. Intercedunt voluntati meae terrores bellici, qui apud nos augentur in dies<sup>761</sup>. Milites enim veterani<sup>d)</sup> ex superiore Germania ad vicinum principem meum<sup>762</sup> convolant et abest eorum vexillum unum uno tantum milliari ab oppido meo Brasbergh<sup>763</sup>. Video quoque subditos meos his terroribus vehementer percussos esse et perterrefactos<sup>e)</sup>, qui<sup>f)</sup>, si episcopatu meo recessero, (<sup>a</sup>-fortasse me<sup>a</sup>) rebus meis prospicere et ipsos velle deserere suspicabuntur<sup>g)</sup>. Itaque quid faciam nescio. Adhuc mecum certi nihil statui, proficiscendum mihi sit nec ne. Quod si provideri poterit, ne quid interea temporis, dum ego abero<sup>d)</sup> ab episcopatu meo, subditi mei a militibus incommodi capiant, faciam libenter, ut Rev.mae Dominationi V.rae morem gesturus synodo intersim. Qua de re scripsi iam Regiae Maiestati (<sup>h</sup>-atque petivi, ut ad Ill.mum Principem vicinum meum literas dare velit, ut is, quando milites, quos habet, sacramento solvet et ab se dimittet, navigio redire eos in propria iubeat, interea vero provideat, ne quibus incommodis ab eius militibus mei subditi afficiantur<sup>h)</sup>). A Rev.ma quoque Dominatione V.ra<sup>i)</sup> peto, ut si me venire vult, literas etiam suas ad Regiam Maiestatem et D.num Procancellarium<sup>764</sup> dare meque adiutum velit, ut quod a Maiestate illius petivi, obtinere queam.

(<sup>i</sup>-De archiepiscopi Rigensis morte<sup>k)</sup> pervulgatum fuit<sup>a)</sup> antea<sup>l)</sup><sup>765</sup>. Nunc contra, fama constans est eum vivere et ante supremum omnium<sup>m)</sup> generalis iudicii diem resurrexisse. Utinam vero<sup>n)</sup>, quod sperat Rev.ma Dominatio V.ra, motus hi tractatibus et honestis<sup>o)</sup> condicionibus componi queant. Hoc uno vix aliud est, quod magis cupiam. Videor enim mihi periculo esse proximus<sup>j)</sup>. Quod superest, opto Rev.mam Dominationem V.ram diu salvam esse et felicem.

a-a) *Adscriptum supra.*

b) *Sequitur expunctum: primo*

c) *Sequitur verbum penitus expunctum.*

d) *Adscriptum in margine.*

e) *Sequitur expunctum: ut*

f) *Sequitur expunctum: quod*

g) *Adscriptum in margine pro expuncto in textu: putabunt.*

h-h) *Adscriptum in margine pro expuncto in*

*textu: et Rev.do D.no Procancellario atque providendi rationem ostendi*

i) *Sequitur expunctum: maiorem in modum*

j-j) *Additum sub textu.*

k) *Adscriptum supra pro expuncto: fuit*

l) *Sequitur expunctum: de morte*

m) *Sequitur expunctum: diem ?*

n) *Sequitur expunctum:*

o) *Sequitur expunctum: pactis*

<sup>760</sup> Omnes tres epistolae non reperiuntur. Sermo est de synodo, primum a nuntio et aepo Dzierzowski Lovicii indicta prout "colloquium" episcoporum et capitulorum cathedralium, cfr. N. 100.

<sup>761</sup> Propter bellum cum Ensisferis in Livonia, cfr. supra, N. 107-108.

<sup>762</sup> Albertus dux in Prussia.

<sup>763</sup> Braunsberg, Polonice Braniewo.

<sup>764</sup> Ioannes Przerembski.

<sup>765</sup> Vide supra, N. 108 et A. 27.



## N. 111.

**Aloisius Lippomano****Ioanni Przerembski, vicecancellario regni**

Lovicii, 20 VIII 1556.

*Falsas litteras (ad Petrum Contarini), quarum exemplar ei miserit, ab epolo olim Iustinopolitano (Vergerio) scriptas esse ostendit: eius rei testem esse tum similem conatum infamandi olim nuntii Zachariae Dolfin in Germania, tum ipsum scribendi genus auctori proprium. Praeterea demonstrat se neque ad severiora remedia contra haereticos adhibenda regem unquam exhortatum esse, neque impedivisse, quominus regni comitia Petricoviae celebrarentur, neque clam ex Polonia fugere intendere, ad quam fugam haereticos se cogere conari. Petit, ut se apud regem et eos defendat, qui eiusmodi mendaciis credere velint.*

**Cop. coaeva:** Milano, BA, ms. D. 175 inf., f. 161v-163r.

**Cop. XVI saec.:** Roma, APUG, ms. 588 f. 125v-130r.

- **Cop.:** Venezia, BM, Ms. It. V 16 (5668) f. 284v-287r.

- **Cop.:** AV, F.Borghese I 163-169 f. 80v-84v.

**Cop.:** Torino, AS, Racc.Mongardino, ms. 82 f. 304v-306v.

**Cop.:** BV, Barb.Lat. 851 f. 269r-273r.

- **Ed.:** Rykaczewski I, p. 20-23.

Capitulum excerptum ex literis per Rev.mum Nuntium Apostolicum  
scriptis Rev.mo D.no Vicecancellario Regni Poloniae

[...]. His expeditis, venio ad literas, quarum exemplum ad me misit Dominatio V.ra Rev.ma<sup>766</sup>. Et ante omnia sciat [126r] illas esse falsissime confictas, nec dubito quin ab eodem, de quo ipsa nunc mihi scribit, Iustinopolitano olim Episcopo<sup>767</sup>, nam anno praeterito, dum hoc tempore Augustae agerem, ipsemet alias similes de Nuntio Apostolico Delphino, qui ad meum adventum recesserat, confixit, tanquam ab eo ad Iulium Papam praemortuum scriptas<sup>768</sup>. Eratque is tunc nobis vicinus, consiliarium agens apud Ducem

<sup>766</sup> Agitur de fictis litteris ad Petrum Contarini, cfr. A. 28.

<sup>767</sup> Petrus Paulus Vergerius.

<sup>768</sup> De huiusmodi litteris Lippomanus ad Carolum Carafa scribebat Augusta 31 VIII 1555 (cfr. Goetz NBD I/17, p. 163), quis autem earum auctor fuisset, ipsum nuntium Zachariam Dolfin ostendisse, cum ad eundem card. Carafa scriberet 7 IX 1555: "Quanto a la lettera scritta falsamente in mio nome... toglierei a mantenere co'la propria vita che non è farina de' altri che di quello indemoniato Vergerio, et il luoco onde l'huomo mio mi scrive d'haverla havuta [Viteberga] me ne fa amplissimo testimonio" (ibidem, p. 179).

Vitembergensem, haeticum<sup>769</sup>. Novi praeterea dicendi phrasim et argutias, quibus in aliis suis scriptis utitur.

Ego, Rev.me Domine, de rebus iis, quae in literis illis continentur, ne fratri quidem scriberem, nedum privato homini amico illas fatuitates non committerem. Adde, quod bona pars eorum, quae in illis literis scribuntur, mendacia sunt clara et manifesta. Nam nullum ego a Palatino Vilmensi ad meas literas [126v] unquam habui responsum, quod iste bonus effector tantopere commendat<sup>770</sup>, nec Regiae Maiestati unquam suasi, ut decem Primorum istorum capita amputarentur. Absit hoc a me. Testem ad hoc invoco Regem ipsum, cum quo in primo sermone cum eo habito, cum huc veni, conclusum fuit, ut illa tantum hoc tempore medicamenta adhiberentur, quae lenia et blanda essent, nequaquam autem severiora, ut cruces, ignes et gladii<sup>771</sup>. Dicit me sollicitare licentiam abeundi, quia non laeto vultu hic excipior, quam tamen iam mensibus quinque in manibus habeo, et si voluissem recedere, arbitrato meo potuissem<sup>772</sup>. Nec adducta causa vera est, imo contrarium, nam neminem reperi in hoc Regno, qui hilarem non mihi faciem ostenderit, gratamque illi esse praesentiam meam non demonstraverit, [127r] vel ipsi quoque, qui ab Ecclesia dissentiant.

Quod Synodum Petrociviae pro congregandis pecuniis convocemus, quid a veritate alienius dici posset, cum nunquam locus ille vel in mentem nobis venerit, nec ad illum effectum, quem improbus homo confingit, sed ad alium prorsus, ut diebus praeteritis ad Dominationem V.ram Amplissimam scripsi, coiri mandavimus<sup>773</sup>. De rebus etiam Tridentini Concilii mentitur et totum dicit veritati contrarium: nam ut haeticis salvus conductus daretur, ego inprimis auctor fui, utque audirentur, quemadmodum auditi sunt, quod impostor ille negat, nobisque satis perfidiae suae testimonia illi manifesta reliquerunt, nempe Vitembergicam et Saxoniam confessionem<sup>774</sup>. Quid quod omni conatu me procurasse asserit, ne Regni Comitum Petrociviae celebrarentur? Quomodo hoc dicere potest, cum nihil aliud ego hic [127v] expectem? Dedi-ne unquam haec de re ad Maiestatem suam vel ad Dominationem V.ram Rev.mam literas, ut a comitiis cessaretur, aut qua alia diligentia ad hoc usus sum? Nolo tempus in aliis refellendis consumere, quae omnia mendacissime composuit.

---

<sup>769</sup> Vergerius Tubingae commorabatur cum titulo consilarii ducis Christophori (1515-1568, ducis Vitembergensis ab a. 1550) a mense Novembri a. 1553 usque ad mortem a. 1565, vide Hein, p. 218.

<sup>770</sup> Responsum Nicolai Radziwiłł, 1 IX 1556 datum, non nisi 5 IX eiusdem anni ad manus Lippomani pervenit, vide infra N. 112.

<sup>771</sup> Cfr. supra, N. 48.

<sup>772</sup> Vide N. 79-80.

<sup>773</sup> Epistula haec non est reperta.

<sup>774</sup> "Confessio Vitembergica", auctore Ioanne Brenz concinnata, et "Confessio Saxonica", a Philippo Melancthone scripta, mense Maio a. 1551 apparatus erant, cum Lutherani ad Concilium Tridentinum vocati essent, in quo per legatos Christophori Vitembergensis et Mauritii Saxoniae ducum mense Ianuario a. 1552 propositae sunt, cfr. Jedin GKT III, p. 305-309, 374.

Et ista est, Rev.me Domine, nova haec coelestis doctrina, quae nobis adfertur; hoc purum Evangelium, quod annunciat; hoc verbum Dei, quod tantopere iactatur? Hoc modo sua astruunt maligni isti et quibuscunque possunt cuniculis ad aures Principum irrumpunt. His artibus infirmi captantur et vera fides de eorum cordibus eruitur. Ubi, quaeso, hic conscientia? Ubi caritas? Ubi proximi dilectio, in qua tota lex perficitur? Haec sunt illa valida [128r] argumenta, quibus Catholica fides destruitur. Hi arietes robusti, quibus solidi Sanctae Ecclesiae muri quatiuntur. Hi denique sunt illi doctrinarum Magistri, qui tanta aviditate a quibusdam hoc in Regno nunc expectantur. Hi scilicet veritatis Praecones, qui recte cum Propheta regio dicere possunt: Venite, filii, audite me, timorem Domini docebo vos: quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Prohibe linguam tuam a malo et labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam<sup>775</sup>.

Sed faciant et dicant improbi homines quicquid sciunt et possunt, ut nomini meo in hoc Regno labem inferant, ut invidiam con[128v]tra me et Dominum meum, Romanum Pontificem, conflent, ut meque deterritum ex hoc Regno clam fugere suadeant. Omnes tandem impii conatus eorum irriti erunt, dissipabit enim Dominus omnes cogitationes eorum, quoniam vanae sunt<sup>776</sup>, et nunquam Veronensem Episcopum perterrefaciant, ut eum abire compellant. Nec in causa esse poterunt, ut is armatos circum se habeat, aut quod familiares eius gladium ad foemur accingant. Ego enim, ut dicebat Sanctus Martinus, ego, inquam, signo Crucis, non clypeo protectus aut galea, hostium cuneos penetrabo securus<sup>777</sup>. Manebo hic quandiu mihi placuerit, recedam quando expediens visum fuerit, nisi Regia Maiestas e Regno suo me expelleret, quod haud credo facturam, neque enim tale aliquid admisisse me puto, quo eius indignationem [129r] incurrerim. Et quo magis conantur me in fugam vertere, eo magis ut persistam obfirmor, quia Dominus illuminatio mea, quem timebo? Dominus Protector vitae meae, a quo trepidabo<sup>778</sup>?

Proinde rogo Clarissimum Dominum meum, ne credat illas meas esse litteras, quas si scripsissem, omnium hominum essem et nequissimus et stultissimus; et, quicumque etiam istic credere vellet, se mihi, obsecro, praestet firmissimum defensorem<sup>779</sup>. Et forte bonum etiam erit de hoc verbum facere Ser.mae Regiae Maiestati, ne quid de hoc, quae est improborum hominum horum malignitas, eius quoque auribus instillaretur. Sibique persuadeat velim, a me et officio meo nihil unquam exiturum, quod verum et christianum

<sup>775</sup> Ps. 33, 12-15.

<sup>776</sup> Cfr. Ps. 93, 11 et 145, 3.

<sup>777</sup> Vide Sulpicius Severus, *Vita beati Martini Turonensis*, cap. 22 (Migne PL XX, col. 172).

<sup>778</sup> Ps. 26, 1.

<sup>779</sup> Reapse concitatio animorum in Polonia, ob illas litteras oborta, tanta fuit, ut in Polonia Maiore etiam timeretur, ne seditio quaedam contra papatum inde sequeretur (cfr. Stephanus Micanus ad Hosium, Posnaniae 15 IX 1556, ed. Hipler-Zakrzewski HE II, p. 751). De reliquis repercussionibus huius falsae epistolae in Polonia vide Wojtyška PP, p. 85-88.

[129v] Episcopum non deceat et quod ad conservandam inter Summum Pontificem et Regem Ser.mum, Dominos meos clementissimos, veram pacem et bonam consensionem non faciat. Ita iam a teneris institutus sum, ita apud omnes Christianos Principes vixi, ita legationum omnium mearum munera conclusi. Ne autem reddam retribuentibus mihi mala<sup>780</sup>, imo ut vincam in bono malum, Deum interim omnipotentem enixissime rogabo, ut ei, qui has literas confixit, dignetur tempus dare et poenitentiae locum, ut errorem suum defleat, et tam illi quam omnibus, qui a recta Ecclesiae fide recesserunt, velamen de cordibus auferat<sup>781</sup>, ut ad illius gremium et unitatem tandem misericorditer re[130r]vertantur. Datum Lovitii, die XX Augusti M.D.LVI<sup>o</sup>.

N. 112.

**Nicolaus Radziwiłł, palatinus Vilnensis**  
**Aloisio Lippomano**

Vilnae, 1 IX 1556.

*Certiozem eum facit Adamum Konarski, eo inscio, verba eius bona de se prolata sibi tradidisse. Se non putare gratias pro eis reddendas esse, cum tamen in eius litteris etiam admonitiones quaedam contineantur, eodem ordine, quo factae erant, ad eas respondet: itaque accusationem violati ieiunii nil aliud esse quam simulationem, cum doctrina Sacrae Scripturae, synodorum ac doctorum antiquae Ecclesiae pugnantem, et Romanorum pontificum inventum ac superstitionem, quam se, omnino sibi conscium, violare velle asserit; se magni facere opinionem eius de se Vilnae conceptam, sed parum curare, quod eam postea mutaverit, cum nihil sibi cum eo et eius farinae hominibus commune esse arbitretur; non putat ei Varsaviam redire necesse fuisse, ut a quibusdam senatoribus edoceret se esse haereticum, cum de hac re Vilnae coram cognoscere potuerit; ceterum se pro certo habere veros haereticos esse "papistas", qui imagines colant, doctrinas Scoti, Eckii, Cochlaei, Vicelii et Pighii, non ipsius Dei verbum, pro norma fidei habeant et communionem sub utraque specie - ipso Christo id iubente - prohibeant. Fatetur se concionatores veritatem praedicantes, non depravatos monachos, fovere, libros, a nuntio pro haereticis habitos, et ipsum legere et aliis legendos tradere. Affirmat se in Eucharistiam credere, sed missas catholicas idololatriam putare. Primatum Romanorum pontificum, purgatorium, caelibatum clericorum et linguae nationalis in sacris interdictionem confutat. Fatetur denique se reapse apud regem instare, ut Calvinus, Łaski, Lis-*

<sup>780</sup> Ps. 7, 5.

<sup>781</sup> Cfr. 2 Cor. 3, 5.

*maninus et alii, ad delendam "Romanam Babylonem", in Poloniam venire possint. Hortatur eum, ut se illis adiungat, et poenas divinas, nisi id faciat, ei comminatur, simul ostendens veram Ecclesiam in iis constare, qui Spiritum Sanctum acceperunt. Vota ei reddit et precatur, ut - cum sit nobilis et honestus sicut Saladinus - veram fidem amplectatur. Indignatur, quasi nuntius, ut affirmat, regem ad sanguinariam haereticorum in Polonia interitionem adhortetur, sicut olim Carolum V incitabat, ut Ioanni Friderico duci Saxoniae et Philippo landgravio Hassiae capita amputaret; regem Poloniae nunquam eiusmodi remedia adhibiturum esse asserit. E contra, ipsum, secundum expectationem, regem adiuvari debere in nationali vel universali concilio indicendo, in quo etiam principes, sicut in primis antiquitatis conciliis eveniebat, ius ferendi suffragii habeant.*

**Integra epistula**, editio ex minuta vel registro Radzivilli:

**Ed.:** Vergerius DE, f. C[Ir]-[M IVr]. In fine textus inscriptionis epistulae: "Reverendo Domino Aloisio Lipomano, Episcopo Veronensi, Pauli IIII Romani Pontificis in Polonia Legato, Domino observandissimo".

- **Ed.** in versione Polona: Rej DL, s.f.

- - **Reed.:** Chrzanowski DE, p. 76-101.

**Fragmentum initiale**, transcriptum ex registro Lippomani, sine datatione epistulae, cum nota receptionis in initio ("Litterae Palatini Vilnensis responsivae ad litteras Nuntii Apostolici, receptae Lovitii die V Septembris 1556") et annotatione in fine ab ipso Lippomano exarata: "Epistolam hanc longissimam, quia haereticis dictis refertam esse vidi et summarium totius haereticae pravitatis, nolui inter mea scripta referre, eamque data opera praetermissi. Scias in summa in ea nihil aliud contineri, praeter mera mendacia et sacrilegia":

**Cop. coaeva:** Milano, BA, ms. D. 175 inf., f. 163r-v. Sub textu annotatio alia manu (eius, qui ex originali registro Lippomani hunc textum transcribebat?): "Qui nell'originale mancano 16 carte, non so se parte della presente lettera overo altre".

**Cop. XVI saec.:** Roma, APUG, ms. 588 f. 164v-168r.

- **Ed.:** Rykaczewski I, p. 23-25 (ex non servato apographo Ioannis Baptistae Albertrandi, cum dato receptionis erroneo, 4 IX, et adnotatione ad supramemorata verba Lippomani de causis interruptae transcriptionis documenti: "Hanc notam esse puto compilatoris scriptorum hoc volumine Bibl. Collegii Romani contentorum. Interruptam hic epistolam nusquam alibi nactus sum integram" et infra manu Thaddaei Czacki (posterioris Thecarum Albertrandii possessoris, cfr. Wojtyska ANP I, p.100): "Sed est impressa Regiomonti et Brestiae").

**Cop.:** Torino, Racc.Mongardino, ms. 82 f. 321r-330r.

**Cop.:** AV, F.Borghese I 825-827 f. 36r-40r.

**Ed.:** Martène-Durand VIII, col. 1449-1451 (origine scripti minime adnotata).

- **Reed.:** Mansi V, col. 707-709.

Rev.me Domine, amice charissime et honorande, salutem et Christianam faelicitatem.

QUOD REV.dam Dominationem Tuam de mea erga illam voluntate Rev.dus D.nus Conarski, Maiestatis Regiae Secretarius, literis suis certiore fecerit<sup>782</sup>, egit hoc sane, ut verum fatear, me penitus inscio. Etsi etenim in eo sermone, qui mihi secum non ita pridem mutuo acciderat, multa sim de Dominatione Tua Rev.da et amanter et honorifice locutus, tamen, ut ad eam deferrentur non putabam necessarium esse. Proinde studium quidem hoc in me ipsius, quo Rev.dam Dominationem Tuam conatus est mihi amicitiosem reddere, non solum non im[CIIIr]probo, verum etiam vehementer laudo, gratiasque illi ago plurimas. At quod Rev.da Dominatio Tua pro hac mea, quantulumcumque declarari potuit, humanitate et benevolentia multum se mihi et debituram esse et devinctam fore asserat, non video quomodo tantum sim de illa meritis, ut qui caeteris quoque omnibus exteris, qui modo Aulam Ser.mi Regis nostri adeunt, eadem omnia, mente eadem, libentissime solitus sum praestare. Par est profecto mea haec Rev.dae Dominationis Tuae cum aliis humanitas; nihil peculiare est, quod in ipsam contulerim: communius haec apud nos, ex maiorum more et gratia et fortuna, esse omnibus solet. Itaque nec ego etiam peculiarem aliquam nomine hoc a Rev.da Dominatione Tua exopto exoptoque gratiam. Satis est, si id mihi redditur, ut animum meum meaque amica et candida officia esse apud se grata iucundaque sinat. Cuius rei declarandae ac testificandae gratia, quod Rev.da Dominatio Tua, pro viri boni hominisque, ut praesefert, in primis Christiani munere, capta istinc occasione, non nulla, mihi ignota quasi, idque animo et candido et mei [CIIIv] maiorem amante ac studioso, perscribenda communicandaque operaeprecium duxerit, non possum non fateri agnoscere me in eo suae erga me gratissimae voluntatis non obscura indicia, quae ut eo etiam magis cara mihi sint, quum hic Rev.dae Dominationis Tuae candor et singularis benevolentia, tum vero aetas eius non vulgari, ut videre licet, condita humanitate affecit.

Accepta ergo haec a me sunt omnia in partem (quod aiunt) optimam. Et ita sane accepta, non quemadmodum Rev.da Dominatio Tua arbitratur, ignota, sed prorsus ut notissima, neque ut intra meos tantum privatos sensus abstrusa atque recondita, sed ut saepe ante hac a me palam ac publice et professa et multorum hominum oculis multis in locis sine fuce sineque omni simulatione obiecta. In quibus licet fortasse, quae mea sit sententia Rev.dae Dominationi Tuae confirmare vel ipso silentio possim, tamen, ut ne hanc suam in me compellendo cohortandoque libertatem vel neglectam a me, vel prorsus contemptam esse existimaret, respondendum illi breviter ad singula duxi, eo modo eo[CIVr]demque ordine, qui mihi ab illa propositus est, per omnia servato. Atque id equidem non quo, quantum in ista harum disputationum controversia vel ingenio vel etiam arte doctrinaque possim ostentem, sed ut qui meus sit de obiectis sensus et quibus fundamentis quibusve rationibus nitatur, simplicissime exponam. Sum, fateor, homo aulicus ma-

<sup>782</sup> De supra memorata epistula Adami Konarski vide supra, N. 81.

gisque militiae artibus quam studio Theologiae atque Philosophiae deditus, attamen cui nihil desit ex iis, quae Deus hominibus ad investigandam sui noticiam verumque sui cultum ac veram religionem cognoscendam et apprehendendam pro sua admirabili bonitate indidit ac concessit<sup>783</sup>.

[CIVv] Inprimis autem scribit Rev.da Dominatio Tua, cum non ita pridem Augustae Vindelicorum apud Ser.mum Romanorum Regem aliquandiu ageret, audisse se quidem de me quae illi minus placuissent: nimirum me a Catholica fide poenitus defecisse, manum etiam cum novis haeticis iunxisse. Eius rei allatum ad se indicium, me, cum discedere nolim ab instituto, aperte a Regia Maiestate prohibitum esse, ne, quoniam id contra sanctae matris Ecclesiae erat constitutum, sextis feriis et diebus sabatorum carnis vescerer.

Ex his sane ipsis Rev.da Dominatio Tua vel facillime existimare potest, quam ego sermones illos, qui tunc ibi de me vulgabantur, esse mihi voluerim ignotos, cum ea, quae domi facerem, sic essent intra eius parietes foresque conclusa, ut non solum in vulgus ipsum, sed et ad Regiam Maiestatem statim prorumperent, cuius iudicium et auctoritatem, si cuiquam in ea parte parum videbar veritus, multo minus moror, quin etiam maximopere laetor ea et Rev.dae Dominationi Tuae et sui similibus non potuisse probari, pro comperito confirmatoque habens, ab eius loci [Dir] atque ordinis hominibus, quae recta sunt pro malis, quae mala pro recte factis censi. Sic apud Evangelistam homines eiusdem farinae, Scribae et Pharisei<sup>a)</sup>, Christum, Dominum orbis et salvatorem universi mundi, publicanis conversantem, aegrum in Sabato curantem, Apostolos vellentes in die festo spicas, ut manifestos legum latarum transgressores violatoresque calumniose accusant<sup>784</sup>. Accusatur et Paulus Apostolus, vas misericordiae Dei selectissimum, multarum gentium doctor, ab oratore Tertullo, primum coram Anthonio Foelice, postea coram Portio Festo, Iudaeae praesidibus, cum de multis criminibus aliis, tum praecipue de perturbato pesteque maxima infecto universo terrarum orbe<sup>785</sup>. In quem modum cum et caeteri quoque Apostoli multique alii ss.mi Verbi Dei praecones ab illis fimbriatis legum traditionumque custodibus et interpretibus criminati sint, minime videri mirum debet me, qui tantummodo auditor sectatorque eorum sum doctrinae, haereseos, seu ipsius Christianae sanctae catholicae fidei defectionis notari. Subiicitur vero huic ipsi calumniae pro [DIv] indicio, ceu quodam certo, firmo et infallibili argumento, ipsaque, ut aiunt, notissima quadam demonstratione, esus carnis, mihi tunc ibi diebus prohibitis, et vulgaris et usitatus.

<sup>783</sup> Quamquam Bonaventura Thomas, confessarius reginae Catharinae, Hosium Vilna iam 30 VIII 1556 certiore faciebat auctorem huius responsi, "omnis haereticae impietatis nuclei", fuisse Casparem Łacki, "qui ante aliquot menses misere a Livonibus, ad quos legatus ierat, occisus est" (Hipler-Zakrzewski HE II, p. 748), vulgo creditur auctor eius fuisse alius Nicolai Radziwiłł aulicus, Ioannes Mączyński (cfr. BaryczRRB, p. 133-136).

<sup>784</sup> Cfr. Matth. 9, 11; 11, 19; 12, 4; Luc. 13, 10-16; 14, 1-6.

<sup>785</sup> Act. 24, 1-25, 12.



Sed quantum id ad fidem catholicam vel declarandam vel confirmandam aut infirmandam habeat momenti, non sane conspicio. Cum ipse Iesus Christus, Dominus et doctor noster, sanctae suae Ecclesiae caput Summusque Pontifex, manifeste praedicet: Non quod ingrediatur in os, impurum facere hominem, sed illud quod egrediatur ex ore<sup>786</sup>. Quo argumento manifestissime confutat Pharisaeorum in dierum observatione ciborumque delectu obstinatam caecitatem. Dicit enim Apostolis Pharisaeos ex eo verbo scandalizatos esse, referentibus: Sinite, inquit, eos; caeci sunt et duces caecorum<sup>787</sup>. Adicitque comminationem: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus coelestis, eradicabitur<sup>788</sup>.

Hinc facile iudicari potest, quid carnibus sit cum fide catholica commune. Nam et ipse divus Paulus, summus eius fidei propagator, Colossensibus scribens: [DIIr] Nemo igitur, ait, vos iudicet de cibo et potu<sup>789</sup>. Item ad Titum: Omnia munda mundis, inquit, coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum<sup>790</sup>. Et divus Augustinus: Non ex ipsa earum rerum natura, quibus utimur, sed ex causa utendi et modo appetendi, vel probandum, uel improbandum esse quod facimus, admonet<sup>791</sup>. Fieri enim posse, ut sine aliquo cupiditatis et voracitatis vitio, pretiosissimo cibo sapiens utatur, insipiens autem foedissima gulae flamma in vilissimum olus ardescat. Multa doctorum similia his, nisi brevitati consulerem, possent comminisci.

Nova haec est, non Ecclesiae, ut Rev. da Dominatio Tua putat, sed quarundam paucarum in Romano Pontificatu personarum, vel potius perniciosissimarum pestium, in dierum observatione ciborumque delectu superstitione, facile, si liberet et nisi Dominationi Tuae notius id quam mihi esset, nomina hic eorum: quae, quis, quo tempore et qua libidine in Ecclesiam adsolvit, enumerare possim. Quorum execranda temeritas et audacia, quia antiquissimarum Synodorum decretis: Martini [DIIV] Papae, Anticyranae, Bracarensis, Toletanae, damnata reiectaque est<sup>792</sup>, nescio quomodo quis esse constitutionem Ecclesiae affirmet, quod semel ipsa Ecclesiae autoritas et damnavit et repudiandum esse perpetuo censuit, ita ut qui clericus olera cum carnibus cocta, quasi illicita, proptereaque spernenda atque execranda, non manducaret aut saltem degustaret, eum tanquam haereseos suspicio-

<sup>786</sup> Matth. 15, 11.

<sup>787</sup> Matth. 15, 14.

<sup>788</sup> Cfr. Matth. 15, 13.

<sup>789</sup> Col. 2, 16.

<sup>790</sup> Tit. 1, 15.

<sup>791</sup> Cfr. *Confessiones*, cap. 31 (Migne PL XXXII, col. 797-798).

<sup>792</sup> Martinus I (649-653), neque in synodo Lateranensi a. 649 celebrata, in qua monothelismus condemnatus fuit, neque in epistulis suis, de hac re loquitur (cfr. Hefele-Leclercq III/1, p. 434-453); synodus plenaria Orientis, Ancyrae a. 314 celebrata, can. 13: De his, qui esum carniū in clero constituti, diffugiant (Hefele-Leclercq I/1, p. 315-316); synodus provincialis Bracarensis a. 561/563, can. 14: Si quis immundos putat cibos carniū... anathema sit (adversus Priscillianos, cfr. Hefele-Leclercq III/1, p. 178); in actis synodorum Toletanarum leguntur potius praecepta observandi ieiunia et abstinentiam, ex. gr. Toletana IV a. 633, can. 8 (Hefele-Leclercq III/1, p. 269).

nem a sese non removementem ipso ordine offitioque deponat, ipsumque Episcopum, qui in eam dignitatem assumendus sit, inter caetera examinandum iubeat, an carniū perceptionem non culpetur.

His et plerisque aliis argumentis, rationibus, scripturis, doctorum auctoritatibus, conciliorum decretis, denique ipsius etiam Urbis Romanae, in qua in hunc usque diem omnibus temporibus carnes esse sine discrimine in usu dicuntur, exemplo adductus, et edebam tunc, ut ferebar, carnes, et nunc absque conscientia in Christi nomine, cum gratiarum actione, edo. Neque propterea, ut iam declaravi, vel haereticum me, vel Christianae catholicae fidei desertorem puto. [DIIIr] At a Regia Maiestate, ut ne id facerem eram admonitus, angosco sane, sed neque hoc me defectionis arguit, neque ita admonitus eram, ut abstinere penitus. Quo factum est, ut optimi Christianissimique Regis clementissimae admonitioni morem libentissime gerens, mihi nihil subduxerim, alios qui ea superstitione tenerentur non immutaverim, iis praesertim, quos vos contra aeterni immortalisque Dei certum et immutabile decretum esse ita vultis nefastis diebus.

Haec sunt, Rev.de Domine, quae humanissimam Tuam Dominationem in prima hac suarum obiectionum particula esse breviter de sensu, intellectu, usuque meo commonefactam volui. Praeter haec nihil prorsus est, quod ipsa me, vel aliter quam scripsi sentire, vel ut sentiam adduci posse, aliquomodo putet.

Nunc de iis quae subsequuntur. Scribit Rev.da Dominatio Tua haec se ibi quidem de me, ut praefatum est, audivisse, sed postquam ad Ser.mum Regem nostrum venit, meque allocuta, tanta morum probitate ac tam sanctis desideriis ornatum vi[DIIIv]dit, fateri ingenue omnem eam, quam de me conceperat mente, sinistram opinionem evanuisse statim, et exinde semper arbitrata esse, quod Palatinus Vilmensis, vir optimus et Christianus sit, plane fidelis.

Hic ego quod rescribam, praeter id nihil habeo. Quam rem me quidem magnam existimare et in consequenda vera foelicitate insignem ac praestantissimam, si quis inter alia, quae esse probro et dedecori solent, hominibus sinistra de se apud omnes opinione vacet, cum in his civilibus externis actionibus et forensi administratione, tum vero vel maxime in sacra catholica fide, pietate et religione, cuius malum exemplum, multo tetrius, detestabilius, nocentius ac perniciosius est Reipublicae Christianae, quam eorum, quae in moribus et civili societate versantur. Tamen quod opinionem eam Rev.da Dominatio Tua sic conceptam e mente eiecerit, aequiusque ac moderatius de me sentire incoeperit, id me parvi admodum, vel nihili prorsus et facere et existimare. Quemadmodum enim tunc, cum mea eiusmodi [DIVr] vivendi ratio Rev.dae Dominationi Tuae displiceret, curae mihi non fuit, ut probaretur, ita quoque ne nunc quidem curae mihi multum est, si opinionem, quam ego libentissime tuli, quam conceperat, mutata, aliter quam de me senserat, sentire incipiat.

Proinde et repetere resumereque Rev.dam Dominationem Tuam primam de me opinionem patior non invitus, et laudari me ab illa, nomineque fidelis Christiani, cum ipsa, ut hinc coniiicio, nihil minus sit, quam Christiana dignari, non magni facio, esseque mihi summa cura et diligentia cavendum existimo, ne cum illa illiusque similibus religionis Babilonicae purpuratis galeatisque satellitibus, Christi et verae catholicae fidei coniuratis hostibus, quicquam, quod ipsi Filii Dei vivi manifesto verbo contrarium commune vel habeam vel etiam aliquomodo sentiam, iuxta praeceptum eiusdem: Cavete vobis a falsis Prophetis<sup>793</sup>.

[DIVv] Subiungit quoque ibidem Rev.da Dominatio Tua, cum ultimo loco rediisset Varschoviam, sibi ea ipsa, quae Augustae audierat, et illis longe deteriora, non a vulgaribus hominibus vilique plebecula, sed a magnis Senatoribus testibusque gravissimis, in quos exceptio nulla cadere posset, de me contigisse audire, et tanto quidem animi moerore, quantus unquam illi contingere potuisset. Quid enim, iniquit, erat, quod haec audiens non maxime dolerem, cum te summopere non solum ex animo diligam, sed amem potius, venerer ac observem?

Mihi vero, quo tempore haec Rev.da Dominatio Tua ita de me Varschoviae audiebat, nihil gratius potuit accidere, quam quod ea ipsa sint non a levibus vanisve hominibus, sed a Senatoribus magnis, gravissimis testibus relata. Quid enim homini pio, verae religionis studioso, optime sibi conscio, potest in vita iucundius accidere, quam si earum rerum earumque actionum, quae, si Christiani sumus, palam publiceque nobis et amplectendae et prosequendae sunt, tam praeclara testimonia habeat? Potuit quidem Rev.da Dominatio Tua, si libuisset, ex me ipso [Elr] omnia praesens, quam diu hic erat, fusius ac locupletius cognovisse, dissimulasse nihilum omnia ad ipsum, ut aiunt, unguem, ut sentio, liberrime libentissimeque effudissem. Quae si mala aut falsa essent, et reprehendi errorem et familiariter corrigi permisissem, fuissemque illi ipse hac eiusmodi confessione de me ipso religioneque, quam sequor mea, tam certo tamque firmo testimonio, quam fuerunt ii, in quos ipsa nullam posse cadere exceptionem putat. Sed quoniam ita accidit, ut ex aliis, eisque non vulgaribus, istam suam de me opinionem Rev.da Dominatio Tua confirmaret, non fero moleste, quin potius magnam ex eo voluptatem capio, quod quae ego omnium oculis apertissime proponere de me soleo indicia, ea omnium habeantur in ore.

Hoc Rev.dae Dominationi Tuae, ut subiungit, dolere, ipse quoque vehementer doleo. Nam quod me a se maximopere non diligi solum ex animo, verum etiam et venerari et observari scribit, ignoro qualis ea sit futura dilectio, quae per fucum lenociniumque verborum, in dolorem, [Elv] vel potius invidiam, propter piam, honestam et Christianam vitam desinat. Id, ut eo illus-

---

<sup>793</sup>Matth. 7, 15.

trius sit, ea quibus Rev.da Dominatio Tua esse sibi partum scribit dolorem, referam, sic enim inquit.

Dixerunt quippe Palatinum Vilmensem antesignanum esse haereticorum in hoc Regno; ad ipsum tanquam ad asylum confugere pestilentes hos omnes innovatores; ipsum domi et passim, quocumque in loco vigeat sua ditio atque potestas, altare sacrilegum contra altare pietatis et cathedram pestilentiae contra veritatis cathedram erexisse; ipsum communionem sub utraque specie non solum fovere, sed primum in aulam suam introduxisse, secum alere, qui blasphemias novas has disseminent, concionatores falsos admittere, qui Ecclesiam Dei subvertant, libellos haereticos non solum legere, sed et alii legendos offerre et imprimendos curare, Sacratissimam Eucharistiam idololatriam nuncupare, eiusque rei dederunt non exigua indicia, quod cum Dominatio Tua amplissima est cum Regia Ma[EIIr]jestate in Ecclesia, nunquam vultum attollit in sacratissimae hostiae et calicis elevatione, sed aut cogitabundus faciem demittit aut literas fingit aliunde missas legere; non tenere Romanam Ecclesiam super omnes alias Primatum, neque Papam habere pro Christi vicario. Dixerunt etiam illam credere vana esse pro defunctis suffragia, non esse aliud Purgatorium quam sanguinem Christi, Presbiteros debere esse coniugatos, Sacra in materna lingua evulganda, aliaque tot et tanta detulerunt.

Magnum equidem hoc atque indigestum multarum gravissimarum, quas unquam Ecclesia habuit, disputationum chaos est, quibus si, ut illarum rationes postulant, respondere vellem, opus in immensam magnitudinem abiret brevitemque, quam mihi sequendam proposui, longe excederem, neque tamen id, quod res exigit, consequerer. Homo quippe sum, ut praetuli, aulicus, militiae magis rebusque forensibus, quam studio Theologiae addictus. [EIIv] At quia Christianus utique, cum multi multorum, huius quoque aetatis nostrae praestantissimorum scriptorum extent ea de re et graves et prolixi tractatus, non disputandum quidem mihi de omnibus, sed tamen, quid de singulis sentiam, exponendum ac declarandum duxi.

Ego igitur socium me, non antesignanum, eorum, quos Rev.da Dominatio Tua contumeliae causa, per odium et intemperantiam, haereticos appellat, et esse et fore confiteor, ac lubens sequutus pium exemplum Constantini Magni Imperatoris, qui comministrum se quoque eorum, qui Niceno aderant concilio, non est dedignatus confiteri<sup>794</sup>. Nec moleste fero ab eo me haereticum dici, qui ipse, cum Papista aut Romanista sit, nihil magis sit quam mere haereticus, pro certo et confirmato habens eam demum veram Christianamque religionem esse, quae huic teterrimae et execrandae meretrici Babilonicae, sedem sanctam, ut Christus praedixerat, nefarie occupanti, haeresis dicatur. Sic in eum nunc locum Romanae vestrae professionis nomen, maxima quondam ob[EIIIr]servantia cultum, devenit, ut non maiori indicio opus

<sup>794</sup> Cfr. Prooemium orationis Constantini ad patres concilii Nicaeni in Eusebii Caesariensis *Historia Ecclesiastica* (Migne PL VIII, col. 401).

sit haereticum esse, quam si Romanus sit aut Pontificius. Si contra, Christianum et Evangelicum cum talibus hominibus mihi rem esse, tales me in meam amicitiam, familiaritatem, consuetudinemque trahere, talium ad me concursum, me non ferre tantum, sed vehementer expetere, adeo non inficias eo, ut etiam palam et publice praedicari ab omnibus et sinam et laudi id mihi maxime ducam.

Altare mihi porro est non, ut Rev.da Dominatio Tua putat, sacrilegum, sed Sacrum Christianumque prorsus; non impietate idololatriave pontificia profanatum, sed Christi Apostolorumque constitutione instructum. Denique non Romanae aut Loretanae Mariae, ligneis vestris diis et numinibus, re ipsa daemonibus Delphicis, nuncupatum, sed ipsi aeterno et viventi Deo nostro, erectum ac dicatum. Illud omnibus, quae Romanae superstitionis libido invexerat, et idolis et abusibus repurgatum, feci ut in usu esset, non expiandorum delictorum, non magico[EIIIv]rum praestigiorum incantationumve execrandarum, sed in ipsius Coenae Domini et repetendae et commemorandae. Ex eo omnes vestros, partim auro atque argento inclusos Deos, Idola omnium abominatione prosequenda, quae gentilitas coluit, eieci, furta vestra restitui, sacrilegia reddidi, esseque solius Coenae Domini puram, incontaminatam ac ab omni scelere vacuum mensam volui. Sicut et Priscos mensas suas, altaria arasque nuncupasse Ignacius scribit, quod ad illas preces fundentur, panisque et vini esset distributio<sup>795</sup>.

Cathedram quoque veritatis, non pestilentiae habeo, in qua traditiones figmentave vestra, (universae Christi Ecclesiae) pestes maximae, non Scoti, non Eckii, non Cochlei, non Vicelii, non Pigii<sup>796</sup>, aut aliquae vestrarum Bullarum sceleratae et nefariae voces sunt, sed ipsius viventis Dei verum, certum et immutabile Verbum, per Prophetas, Christum et Apostolos Ecclesiae traditum, sine ullis humanarum constitutionum phaleris, sonat et cum religione docetur maxima. Supra quod nihil [EIVr] penitus esse puto, cui fides a quoquam haberi aliquomodo debeat, praesertim cum fieri sine maximo discrimine non possit, iuxta illud divi Chrisostomi in *Genesim* scribentis: Non credere his, quae in divina scriptura continentur, sed alia quaedam ex propria sententia inferre, opinor plurimum periculi secum vehere his, qui talia audent<sup>797</sup>.

In communione autem utriusque speciei, sciat Rev.da Dominatio Tua me Christi Apostolorumque sequi institutionem, ac speciem ss.mi illius Sacramenti accipere utramque, autoritate Testatoris ipsius, qui hoc nobis Testamentum ita ordinavit, adductus, sic enim inquit: Quicumque comederit car-

<sup>795</sup> Hunc locum in epistulis Ignatii Antiocheni non reperi.

<sup>796</sup> Ioannes Duns Scotus OFM (1265-1308), theologiae scholasticae explanator, quam explanationem propterea "scotisticam" vocant, et praecipui theologi, doctrinae Lutheranae adversarii, qui prima saeculi XVI parte in Germania vixerunt: Ioannes Eck (1486-1543), Ioannes Cochlaeus (1479-1552), Georgius Witzel (1501-1573) et Albertus Pigge (ca. 1490-1542).

<sup>797</sup> Locum hunc inter *Homilias* et *Orationes* Ioannis Chrisostomi in *Genesim* (cfr. Migne PG 53-54) reperire non potui, etiamsi multae similes affirmationes exstant in earum exordiis.

nem meam et biberit meum sanguinem, non morietur in aeternum<sup>798</sup>. Et divus Paulus Corinthiis scribens ait: Ego enim accepi a Domino, quod et tradi di vobis<sup>799</sup>. Confirmant vero in eo me cum multorum gravissimorum Doctorum, maximeque Augustini, [EIVv] Hyeronimi, Ambrosii et Chrisostomi, non obscura testimonia, tum vero Gelasii etiam Pontificis decretum, et memorandum et summa diligentique consideratione dignum<sup>800</sup>.

Comperimus autem, inquit, quod quidam, sumpta tantummodo corporis sacra portione, a calice sacri cruoris absterneant, qui proculdubio, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integrum sacrum percipiant, aut a non integris arceantur, quia divisio unius eiusdemque misterii sine grandi sacrilegio provenire non potest. Scribitque nonnullis Episcopis ac praecipit anathematizari omnes, qui accepto corpore Christi, absterneant a communione calicis. In hunc modum quoque et Iulius Papa Episcopis per Aegyptum: Illud vero, ait, quod pro complemento communionis intinctam tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Evangelio testimonium receperunt, ubi Apostolis corpus suum commendavit et sanguinem. Seorsim enim Panis et seorsim Calicis commendatio memoratur<sup>801</sup>. Possem hic alia multa comme[FIr]morare, quibus quo minus tam nefandum et tam sceleratum in denegatione alterius speciei sacrilegium execrer ac abominer, adduci pertrahique non sinar.

Utor itaque ego specie utraque, et quotiescumque utor, et refici me et vivere plane sentio, secundum illud Augustini: Qui manducant et bibunt Christum, vitam manducant et bibunt. Illum enim manducare refici est, Illum bibere est vivere. Sic omnium temporum puriores Ecclesiae integra haec semper retinuerunt Sacramenta. Non diu est, ut Pontifices cum suorum mitratorum scurrarum detestando collegio, laicos altero fraudaverint. Primum id Constantiense Concilium, Anno ab orbe Redempto MCCCCXV celebratum, ademit<sup>802</sup>. Contra cuius tam indignam et tam flagitiosam constitutionem Basiliense, longa multaque disputatione adductum, statuit licere Bohemis utramque speciem percipere<sup>803</sup>. Ex his constare liquidissime potest, omnes hos, qui vel ipsi utramque speciem non sumunt, vel alios quo minus sumant metu papalium excommunicationum [FIv] prohibent, non aliud quam ipsa anathemata, ipsos Antichristos, ipsa satanae membra, fures denique ipsos esse sceleratissimos rei tam sacrae, omnibus sine discrimine hominibus

<sup>798</sup> Ioan. 11, 26.

<sup>799</sup> 1 Cor. 11, 28.

<sup>800</sup> "Non esse sumendum corpus Domini sine calice", cfr. *Canones Gelasio I papae (492-496) ascriptos Migne PL, LIX, col. 141.*

<sup>801</sup> Iulius I (337-352). In asservatis eius epistulis, s. Athanasio et Ecclesiae Alexandrinae inscriptis, locum hunc non inveni (cfr. Migne PL VIII, col. 907-912).

<sup>802</sup> Interdictio communicandi sub utraque specie 15 VI 1415 in 13 sessione concilii decreta erat, cfr. Hefele-Leclercq VII/1, p. 284-287.

<sup>803</sup> Bulla, supradictam permissionem, in Compactatis Pragenses contentam, comprobans, data erat 15 I 1437 (vide Hefele-Leclercq VII/2, p. 915, cfr. supra N. 42).



Christianis beneficio ipsius Iesu Christi Redemptoris Salvatorisque nostri concessae.

Quod vero blasphamos rerum novarum disseminatores, quod Concionatores falsos, quod haereticos attinet libellos, sic Rev.da Dominatio tua habeat brevibus: Non fovere me Sacrificarios histriones, non Sacerdotes Pontificios, non Monachos cuculatos, denique non quos vestri fermenti esse sciam ganeones helluonesque aliquos; ergo nec blasphemus quidem innovatores, nec Concionatores falsos fovere, cum nihil blasphemiarum, nihil imposturae, nihil impietatis et immoderatae in tradenda falsa doctrina libidinis impudentiaeque sit, quod istae Pontificiae larvae, turpissima et plusquam Africana monstra, lues, pestesque perniciosissimae non contraxerint. [FIIr] Concionatores ego foveo viros bonos, homines et doctrina et moribus probatos, vera Christi doctrina et religione imbutos; non qui mihi canones, qui decreta, qui somnia vestra referant, sed qui me de aeterni et immortalis Dei perpetua et immutabili voluntate, per Christum, filium eius, revelata, per Apostolos tradita atque confirmata, faciant certiore, viamque Domini planissimam, non illa praerupta Synagogae vestrae diverticula; ipsum fontem veritatis, non cisternas vestras, ostendant ac demonstrent.

Libellos autem, qui a vobis haeretici habentur, et ipse lego et aliis legendos libentissime trado, pro confirmato habens nihil, quod a vobis non damnetur, bonum esse; quod vero non laudetur, malum, perniciosum, turpe. Horum nonnullos, partim sermone nostro patrio factos, partim ex Latinis Germanicisque translatos, et dedi imprimendos antehac et in posterum plures dabo. Arbitrorque me in hac parte viri boni et hominis Christiani praestare officium, si unquam antea, certe hac aetate nostra [FIIv] Ecclesiis Christi, quae in isto Regno istisque in Provinciis Ser.mi Regis nostri veritatem Evangelii et amplecti et agnoscere coeperunt, maxime necessarium.

Sacratissimam Eucharistiam, hoc est ipsum Corporis et Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi Sacramentum, pignus redemptionis nostrae certissimum, intra veri et legitimi usus ab ipso Christo instituti, ab Apostolis traditi, in primitiva Ecclesia semper observati, metas positum, pro re omnium sanctissima habeo, neque quicquam ibi eo idolatriae fieri puto, si in usu legitimo sit. Sed privatas vestras Missas, in quibus Coenam Domini, ipsum Eucharistiae Sacramentum, turpissime profanatis, Filium Dei a dextris Patris in sordidissimas omnique scelere plenas sacrificulorum manus magicis vestris incantationibus detrahendum, Phitonicis ac praestigiosis inspirationibus inhalationibusque de vita quasi vestra vivificandum ac ibi Deo Patri, pro vivis et mortuis, pro peccatis populi, pro sanitate, pro successu rerum foelici, denique pro ipsis etiam bestiis seu [FIIIr] pecudibus, ut cuiusque libido et temeritas fert, ad aras et idola vestrorum mortuorum Deorum, quibus a vobis honos Dei vivi tribuitur, turpissimi quaestus causa offerendum atque immolandum putatis, per templa, plateas, vicos circumfertis, auro argentoque includitis, certis spaciis in ciboriis vestris asservatis, ut rem hor-



rendam et omnibus execrationibus dignam, ita abominor, ut non modo intue-ri eam, verum ne cogitatione quidem concipere sine metu possim, ratus hanc eiusmodi vestram idololatriam, non minus esse omnibus piis Christianis vitandam, quam vitanda erant Babilonica illa idola Iudaeis, de quibus a Propheta praemoniti fuerant in Babiloniam abducendi<sup>804</sup>. Iuxta illud etiam Iohannis: Fugite a cultura idolorum<sup>805</sup>, et illud Geneseos: Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, et mundamini<sup>806</sup>.

Quo fit, ut repudiatis vestris eiusmodi idolis et superstitionibus, non latitantem aut delitescentem in placentis vestris, ut vos vultis, Iesum Christum, Dei et Mariae Filium, verum Deum et verum hominem, sed a dextris Dei sedentem, ibique cum ipso Pa[FIIIV]tre perpetuo regnantem, inferiora haec pro placito gubernantem, Ecclesiam suam sibi hic et proferentem et servantem, in saeculum colam, adorem, venerer ac invocem. Atque utinam tandem aliquando, reiectis his abusibus, nobis verae Missae usus, qui post tempora Apostolorum ab iis ipsis acceptus, in Graeca quidem Ecclesia tempore Basilii atque Chrisostomi, in Latina vero tempore Ambrosii, Hyeronimi, Augustini, ut eorum scripta testantur, observatus est, nobis restituere-tur. Etsi etenim, ut videre licet, tunc etiam Missa nomen sacrificii obtinebat, tamen apparet non obscure eam nihil aliud fuisse, quam gratiarum actionem et coenam publicam, ubi in conventu Ecclesiae corpus et sanguis Domini populo distribuebantur. Talem Missam, inquam, veri cultus et veri sacrificii nomine veteres illi doctores nuncupaverunt. Quae vero postea ad eam temporibus diversis accesserunt caeremoniae, ut Coelestini, Cyrilli, Sylvestri, Simmachique temporibus<sup>807</sup>, eas ut adiaphoras non improbandas ego quoque existimarem, si iis abusibus, quibus a tempore Gregorii [FIVr] Magni occupata et plusquam onerata est, repurgaretur. Ab illo quippe primum privatae Missae ortae<sup>808</sup>, in eam prophanationem eamque idolatriam deductae ac delapsae sunt, qua maiorem et teteriorem nullam nulla unquam aetas vel vidit, vel videre etiam potuit. Ex his Rev.da Dominatio Tua facile colligere poterit, quae mea sit sententia de Ss.ma Eucharistia et de vestris Pontificiis venalibus, privatis missis.

Nunc ad Primatum Romanae Ecclesiae transeo, de quo sentire et existi-mare pro arbitrio, sine reprehensione, multo magis conscientia posse quemlibet iudico, praesertim cum in eo ipso fides nostra sit minime obstricta, cre-damusque sanctam Catholicam Ecclesiam, quae sanctorum communio est, non Romanam, non Constantinopolitanam, non Hierosolymitanam, Antio-chenamque aut Alexandrinam, sed eam, quae per universum orbem dispersa

<sup>804</sup> Cfr. Prophetiam Baruch, passim.

<sup>805</sup> Non Ioannis, sed Pauli ad Corinthios (vide 1 Cor. 10, 14).

<sup>806</sup> Gen. 35, 2.

<sup>807</sup> Id est temporibus summorum pontificum Sylvestri I (314-335), Caelestini I (422-432) et Sym-machi (498-514) necnon epi Cyrilli Alexandrini. Illo tempore liturgia Romana formabatur.

<sup>808</sup> Haec opinio referenda est ad Sacramentarium Gregorianum, quod tamen non est opus Gregorii Magni (590-604), sed postea ex variis textibus compilatum est.

est, propterea Catholicam seu universalem; [FIVv] non ad certum locum, certam sedem, certum hominum ordinem eorumque constitutiones alligatam, sed in sola Petri fide, hoc est Petri confessione et fundatam et exstructam. Quam divus Paulus Ephesiis definiens, Ecclesiam dicit esse iustorum, quam Christus adeo dilexit, ut seipsum exponeret pro illa, ut eam sanctificaret; mundatam lavacro aquae per Verbum, ut exhiberet eam sibi ipsi gloriosam, non habentem maculam aut rugam, ut esset sancta et irreprehensibilis<sup>809</sup>.

Unde cum unam tantummodo Christi Ecclesiam esse certum ac manifestum est, quomodo Romanae Ecclesiae primatum aliquis concesserit, si Christi esse debet? Nam si hoc sit, desinit esse Christi. Et profecto, si verum fateri licet, desinit esse pridem, cumque istius adulterini tituli praerogativa nomen verum amisit. Quid enim iusti in illo Babilone esse potest, quid mundi, quid vere gloriosi, quid sine ruga, sine macula, sine repraehensione, in quo hic, quem vos esse Christi Vicarium dicitis, Papa, detestanda omnium abominatio, sede sancta nefarie occupata, sacrilega audacia Cathedram Petri deiecit, [GIr] ex ea suam erexit, titulum Christi sustulit, nomen adulterinum subiecit, pro Ecclesia Regnum sibi huius mundi usurpavit, ut esset vere is, de cuius gloria sordidissimae illae hominum faeces, sectae suae Romanae ministratores, verae Christi Ecclesiae vastatores ac expugnatores, dici coetus gloriosus, sine macula, sine ruga, sineque repraehensione possint. Is ipse profecto est vicarius Christi, de quo Daniel praedixit, Consurget, inquit, Rex impudens facie et intelligens propositiones, et roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis, et supra quam credi potest universa vastabit, concluditque: Et contra Principem Principum consurget et sine manu conterretur<sup>810</sup>. Is, inquam, est, de quo et divus Paulus ad Thessalonicenses ait: Ipsa desolatio, homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur Deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus<sup>811</sup>, vineam Domini exterminans ac depascens aper (ut hic Savonarolae vestri, viri optimi et christianissimi, quem citra vel ultra annos centum [GIv] Synagoga vestra impie ac crudeliter condemnavit, utar verbis) silvestris et efferus<sup>812</sup>, porcus immundus, porcus superbus, porcus luxuriosus, indomitus ac crudelis.

Haec est huius vestri Vicarii ipsissima pictura, hi colores, haec accidentia. Ex quibus, qualem eum agnosco, talem esse credo. De ipsiusque eiusmodi Primatu, eius etiam Ecclesiae primatum metior. Quamvis mihi non sit incognitum, quibus rationibus, non ex successione, ut vos vultis, sed ex indulgentia quadam, Synodus Chalcedonensis ei eam tituli praerogativam concesserit, cuius Canonem, nisi Rev. dae Dominationi Tuae notum esse scirem, fa-

<sup>809</sup> Cfr. Ephes. 5, 26-27.

<sup>810</sup> Dan. 8, 23-25.

<sup>811</sup> 2 Thess. 2, 3-4.

<sup>812</sup> Verba psalmi 79, 14, quibus Hieronymus Savonarola (1452-1498), morum corruptorum ille castigat, inter alios Alexandri VI papae, 23 V 1492 Florentiae in rogo crematus.

cile hic subicere possem<sup>813</sup> (atque haec ego de Ecclesia, ita quidem, ut eam divus Paulus depinxit, non quod illam esse quasi quandam tantum ideam Platoniam velim: imaginativam, invisibilem, cui nulli sint mali intermixti, de doctrina tamen consentientes, sed quia vos vestram Romanam eam ipsam esse dicitis, nempe Catholicam), ut scilicet ostenderem, quam sint diversae et quantum inter se dissideant.

[GIIr] Ut autem reliqua tandem, quae mihi a Rev.da Dominatione Tua, ore quidem, ut apparet, probo, animo tamen obiiciuntur inverecundo prorsus, breviter expediam, sciat me in tota Canonica Scriptura non invenire ulla esse pro defunctis instituta suffragia, quin vel ex sola parabola Christi illud certo certius consequi, ut virgines prudentes, ita quoque omnes nos, quod nobis in illa vita profuturum sit in ista comparare debere<sup>814</sup>, neque spem aliquam in sacrificiis ponere, iuxta illud: Holocaustis non delectaberis<sup>815</sup>; item: Misericordiam volo, non sacrificium<sup>816</sup>. Et Cyprianus adversus Demetrium aperte dicit: Postquam hinc excessum fuerit, nullus iam poenitentiae, nullus veniae locus est; hic vita aut amittitur, aut obtinetur<sup>817</sup>.

Quapropter nec Purgatorium post istam vitam ullum esse, nec locus, quo nos hinc abeuntes purgari oporteat, extat aliquis. Duae quippe tantummodo nobis sunt propositae in Evangelio viae: altera salutis aeternae, damnationis altera. [GIIv] Qui enim, inquit Christus, bona egerunt, ibunt in vitam aeternam, qui mala, in aeternam perniciem<sup>818</sup>. Et alibi: Qui credit in Filium, non iudicatur, qui non credit, iam iudicatus est<sup>819</sup>. Ubi igitur hic medius est locus, ex quo et iudicatum iam semel, retractata sententia quae mutari non potest, salvum iri, a talique iudicio liberari, et eum, qui non iudicatur, iudicari tamen nihilominus contingat? Cum et divus Augustinus contra Pelagium expresse dicat: Quod fides Catholicorum divina autoritate credit primum esse Regnum coelorum, unde non baptizatus excipitur; secundum gehennam, ubi omnis apostata vel a Christi fide alienus supplicia experietur; tertium autem, inquit, penitus ignoramus, imo nec esse in Scripturis sanctis invenimus<sup>820</sup>.

Ethnica sint ergo oportet haec de Purgatorio figmenta, Poetarum fabulae, instituta decretaque haereticorum. Quis enim plura philosophatus est de Purgatorio, quam Plato? Quis copiosius scripsit, quam Virgilius<sup>821</sup>? Quis

<sup>813</sup> Hic agitur de can. 28 concilii oecumenici Chalcedonensis, in sessione 15 die 31 X 451 celebrata lato, ubi memoratur primatus episcopi Romae, sed simul cum incremento auctoritatis et ponderis episcopi Constantinopolitani (cfr. Hefele-Leclercq II/2, p. 767 et 815-826).

<sup>814</sup> Cfr. Matth., cap. 25.

<sup>815</sup> Ps. 50, 18.

<sup>816</sup> Matth. 9, 13; 12, 7.

<sup>817</sup> *Liber ad Demetrianum apologeticus*, cap. 25 (Migne PL IV, col. 582).

<sup>818</sup> Cfr. Ioan. 5, 29 ("... qui vero mala, in resurrectionem iudicii").

<sup>819</sup> Ioan. 3, 18.

<sup>820</sup> Cfr. Sermo 294 *De baptismo parvulorum contra Pelagianos*, cap. 3 (Migne PL 38, col. 1337).

<sup>821</sup> Uterque purgatorium intelligebat tamquam *κάθαρσις*, qua anima viam stellarem ascendens, corpore vacans reddebatur, cfr. A. Closs, *Fegfeuer*, *Lexikon für Theologie und Kirche*, T. 4, col. 50.

primum ab Ecclesia credendum esse sanxit, quam is, qui defunctis suffragia con[GIIIr]stituit, Pelagius Pontifex Romanus et post illum Gregorius, summae atque praecipuae eorum, quae ab illo tempore adhuc in Christi Ecclesiam truculenter saeviunt, et pestes et furiae<sup>822</sup>?

De Presbiterorum vero aut Sacerdotum coniugiis, etsi plurima Scripturae testimonia adferre hic possem, quibus mea confirmaretur sententia, tamen, quia mea interest parum sit maritus aut coelebs aliquis, dum caste vivat, unicum adferam, quo adulteria, fornicationes, scortationes, incaestus, caeteraeque vagae libidines, quia omnibus in genere hominibus universaliter prohibentur, probari potest, quod eam ipsam ob causam casta legitimaque coniugia omnibus etiam, ratione eadem, non permittantur tantummodo, verum etiam praecipiantur, iuxta illud Pauli: Propter vitandas scortationes habeat unusquisque propriam uxorem<sup>823</sup>. Maxime cum etiam praeter id et ipsius Sextae Universalis Synodi canon XIII, quem hic non gravabor ideo subii cere, idem prorsus et velit et decernat. [GIIIv] Sic enim habet: Quoniam in Romana Ecclesia in ordine canonum esse cognovimus traditum eos, qui ordinandi sunt diaconi vel presbiteri, confiteri, quod non suis iam copulentur uxoribus, Nos, antiquum sequentes Canonem Apostolicae diligentiae constitutionis, sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissolvendo. Item concludens subiungit: Si quis igitur praesumpserit contra Apostolicos Canones aliquos presbiterorum et diaconorum privare contractu et communione legalis uxoris suae, deponatur. Similiter Presbiter aut Diaconus, qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur. Si vero in hoc permanserit, deponatur<sup>824</sup>.

Multi hic adduci possent similes Conciliorum canones, ut Ancyrani, Constantinopolitani, Niceni, Gangrensis, Moguntinensis, Toletani etc., qui non modo non prohibent Sacerdotibus legales et legitimas uxores, verum etiam anathemate percutiunt officiisque privant eos, qui vel tales a con[GIVr]iugiis arcere praesumunt, vel ipsi sese ab eis, superstitione vana ducti, cohibent aut removent<sup>825</sup>. Unde quis non consequitur vestris scortis, vestris cinaedis et id genus, quas ne cogitatione quidem comprahendere potest aliquis, illecebris vestris, quibus ipsos etiam Heliogabalos ipsosque Nerones longe superastis, anteferenda multo esse legitima, honesta et inviolata connubia?

<sup>822</sup> Officium breviarii pro defunctis introductum fuit in liturgiam Romanam ante tempora Pelagii II (579-590) et Gregorii Magni (590-604), Romanorum pontificum.

<sup>823</sup> 1 Cor. 7, 2.

<sup>824</sup> Textus apud Mansi (XI, p. 948). Locus iste invenitur in actis concilii Quinisexti nuncupati, quod Constantinopoli in atrio palatii imperialis, Trullo vocato, a. 692 celebratum est Sede Romana invita, propterea inter concilia oecumenica a catholicis non collocatur (cfr. Hefele-Leclercq III/1, p. 560-561).

<sup>825</sup> Revera synodi: Ancyrana a. 314 (can. 10) et Gangrensis circa a. 340 (can. 11) celebratae, pro matrimonio clericorum sententiam protulerunt (cfr. Hefele-Leclercq I/1 p. 312-313 et II/1, p. 1032). Similem opinionem in concilio oecumenico Nicaeno a. 325 pronuntiasse videtur epus Paphnutius (Sozomenos, *Historia Ecclesiastica*, lib. I, cap. 23, Migne PL LXVII, col. 925). Synodi autem occidentales, Toletana a. 400 (can. 1, 3-4) et Moguntina a. 753/4 (can. 17) et a. 813 (capitulare 49) concubinatum, tunc valde diffusum, confutabant (cfr. Hefele-Leclercq II/1, p. 123 et III/2, p. 931, 1142).

De Sacris vero in materna lingua evulgandis sic velim Rev.da Dominatio Tua habeat, existimare me omnes homines debere laudem et gloriam Deo, debere invocationem, debere gratiarum actiones, sed intellecta, ab ipsoque sensu cordis profecta. Igitur et sermone eo, quem is, qui hoc praestare Deo velit, intelligeret. Quid enim absurdius esse queat, quam adesse quempiam, cui is sermo incognitus sit, Latinis, Graecis, aut altera quacumque lingua celebrandis sacris, in quibus quae sunt laudes, invocationes, gratiarum actiones, cum is etiam praestare Deo deberet ac illis cor animumque suum applicare, intelligeret minime? [GIVv] Esset haec, mea certe sententia, nihil aliud quam spectatorem agere in scaena, intuerique tantummodo templorum magnificentiam, altariorum ornatus, Sacerdotum Presbiterorumque vestes, plusquam phrigias, ordines processionum, candelarum acies, sacrificulorum histrionicos apud aram saltus; praeter hoc audire campanarum, organorum et tiliarum varios impulsus, cantorumque lascivos et plane circeos concensus. Denique quicquid in vestris Papalibus sacris esse eiusmodi deliriorum solet, id omne solis externis concipere sensibus, nihil intelligere, nihil sentire; cor mutum, surdum caecumque gerere. Egregia sane sunt haec talia, vestrorum conventiculorum sacra, in quibus quantum caro voluptatis accipit, tantum contrahit iacturae et detrimenti animus.

Ac scire ego quidem cuperem, quid Apostoli ab ipso statim suae praedicationis inicio, cum annunciandi Evangelii sacrorumque, seu sacramentorum ac sacrificiorum instituendorum causa, in orbem essent universum digressi. Quid, inquam, illi? An id sermone fecerunt Hebraeo? Num Pe[HIr]trus in Ponto, Andreas et Philippus in Scithia, Iacobus Hispania, Bartholomeus India, Thomas Aegypto et Aethiopia, num alio illi sermone praedicaverunt, alio sacra et sacrificia instituerunt, quam qui apud illas gentes atque nationes in usu tunc fuerat habitus? Et certe non alio! Quo fit, ut et ego iudicem ac sentiam, quo verbi ministerium sermone apud quosvis diversos populos annuncietur, eodem sacramenta et sacrificia debere quoque peragi necessario. Qui mos longo post Apostolos tempore conservatus, ad hunc usque diem in Graecorum Ecclesiis habetur in usu. Nec adeo diu est, ut unius cuiusdam domini Apostatici, Apostolici volebam dicere, scelerata impostura, qui primus in Constantinopolitana quadam Synodo exhibuisse ludicrum hoc affirmatur, Missa Latina, ut contagio quaedam pestifera, omnes Occidentis Ecclesias celeriter penetrarit.

Addit vero, iis obiectis, Rev.da Tua Dominatio, plura adhuc alia, quae, ut verum fatear, nihilominus me quam priora offenderunt. Scribit etenim secreto me fovere hos omnes eiusmodi nebulones, et quicquid favore [HIv] fidei per Regiam Maiestatem decernitur, id arte et industria mea evanescere, secretisque me hoc agere nunciis, ut hi, ad quos ea res pertinet, contrarium exequantur. Misisse etiam me Genevam, seu Basileam, qui Calvinum, Laski et Lismaninum haereticos advocent et quotquot posse[n]t invenire Pseudomagistros adduca[n]t, qui contra catholicam fidem disputent et Apostolicam Se-

dem, quam Antichristi regnum appellare solitus sim, funditus evertere contentur. Demum quicquid haereseos, impietatis et perfidiae in Poloniae Regno invenitur hoc tempore infoelicissimo, totum id mihi acceptum referri.

Ego autem ita Rev. dae Dominationi Tuae de me persuasum ac confirmatum velim, me, quemadmodum paulo ante iam commemoravi, nullos fovere nebulones eiusmodi, qui obducant veritati nebulas, sed qui a vestro primum Antichristo, Papa Romano, dehinc a vobis ipsis vestrisque satellitibus, tam purpuratis quam vilioribus illis, quorum numerus nullus est, Stoicis simiis, et quos Cornelius Agrippa catalogo quasi quodam com[HIIR]praeheudit<sup>826</sup>, barbigeris, funigeris, restiferis, saccogerulis, loripedibus, lignipedibus, nudipedibus, nigretis, grisonibus, albiclamidibus<sup>827</sup>, denique quotquot inveniri possunt, morionibus histrionibusque his similibus, pestibus universae Ecclesiae Christi gravissimis, obductas abstergant ac removeant, viros probos, pios, Christianaeque pietati totos deditos, idque non secreto, sed prorsus palam. His vere et pure scripturas canonicas allegantibus, habere plus fidei malo, quam Synagogae vestrae meris et inexplicabilibus nugis ac figmentis, nulla Scripturae autoritate suffultis, iuxta illud Gersonis, qui dicit: In sacris literis erudito, autoritatemque catholicam proferenti, plus credendum esse, quam Generali Concilio, quandoquidem quilibet eruditus posset de Decretis Pontificum iudicare<sup>828</sup>. Si Concilio generali, ergo plus quam traditionibus, institutionibusque vestris, privata libidine confictis.

Caeterum in favorem fidei, an aliquid sit a Regia Maiestate hoc meo illiusque tempore per sententiam dictum, quia prorsus nescio, utrum etiam quo minus exequeretur per me steterit, multo minus scio. [HIIV] Memini etenim me, ut primum, divina gratia, meis ac maiorum meorum meritis Regiaeque suae Maiestatis beneficentia, in Senatam inclyti huius Ducatus adoptatus sum, utque horum officiorum seu dignitatum, quae in ista Republica nostra vel praecipua sunt, administrationi sum praefectus atque praepositus, nihil aliud magis cogitasse, nihil magis dedisse operam, quam ut pro viri boni, Christiani sinceri, Senatorisque in primis et integerrimi et fidelissimi munere, et meam et Regiae suae Maiestatis conscientiam, tam in civili gubernatione et rerum forensium usu, quam in fidei religionisque causa, puram, integram ac ab omni noxa culpaque vacuum et immunem, quantum quidem in me sit positum, praestarem. Proinde non modo non impedio, quo minus vera fides et religio per Maiestatem Regiam aliquid defensionis et patrocinii consequatur in hoc Regno, verum etiam ut quam maxime consequatur, rogare, orare, obsecrare, obtestarique nunquam desino, non vestra quidem haec Pontificia, Romana, apostatica, sed vetus illa, cum ipso humano genere or[HIIR]ta, christiana, catholica, apostolica fides et religio. Hanc au-

<sup>826</sup> Henricus Cornelius a Notteseim, dictus Agrippa (1486-1535), medicus regum Galliae, in rebus religionis scepticus, Luthero favebat, auctor operis *De occulta philosophia libri tres*, Venetiis 1551.

<sup>827</sup> Nomina variorum ordinum religiosorum, ab habitu, quem portabant, deprompta.

<sup>828</sup> Statuere non potui, undenam hic locus depromptus sit.



geri, promoveri, proferri, illam vero, si fieri possit, ipso etiam momento funditus deleri atque extirpari, et cupio et Deum Optimum Maximum supplex oro.

Cuius rei causa, quod Rev.da Dominatio Tua Genevam Basileamque, Calvinum, hominem nostra hac aetate et doctissimum et celebratissimum, Laskyum, Regni Poloniae Baronem nobilissimum, praeterque singularem doctrinae laudem, magna pietate et religione ornatum (cui propter praeclara maiorum in Rempublicam merita, et ius libertatis patriae, tutum liberumque est, etiam non vocato, dum libebit, venire), Lismaninumque (qui etiam, quod totam suam aetatem in Regiis ministeriis honestissime traduxerit, si iam, ut non obscura fama est, in Poloniam rediit, causam non video cur libere apud nos in Regno libero diversari non possit) accersendos misisse me pro comperto exploratoque habeat, fallitur quidem in eo. Sed tamen hoc illi certum esse volo, sic me nunc istorum doctissimorum virorum vi[HIIIv]dendorum desiderio teneri, ut si scirem me eos aut alios etiam ex praecipuis illis, qui sunt in Germania Melanthes, Brentios, posse in mea postulata aliquomodo pertrahere, in eo vel praecipue non servitoris tantum mittendi laborem conferendum, sed etiam omnes opes facultatesque meas esse mihi experientas putarem. Quos quia Rev.da Dominatio Tua, per insignem quandam minimeque obscuram malitiam, haereticos appellat, omnium haereticorum, quos orbis terrarum habet, maxime haeretica est, falsoque mihi id, quod in Regno Poloniae haereseos, perfidiae, impietatis alitur, adscribit et imputat, cum nihil ibi sit eorum tam aethnicum, tam impium, denique tam turpe ac tam detestandum, quod ista Romana Babilon, Regnum Antichristi, quam tu Sedem vocas Apostolicam, cum maxima multorum Christianorum clade non invexerit. Sed prope est, ut ego credo, dies Domini, quo Scylla haec, una cum ista sua tricipiti chimaera in Principem Principum, tam saeviter et tam truculenter debacchans, sine manibus, ut inquit Propheta, conteretur ac corruet<sup>829</sup>.

[HIVr] Ista sunt, Rev.de Domine, quae et tua humanitas scire cognosce-  
reque ex me penitus postulabat et ego, nisi illa postulasset, nequaquam alteri cuippiam privatim hac mea vel defensione vel certe Confessione Apologetica exhibendam iudicassem, praesertim cum non domi tantum, hoc est intra fines Regni et Provinciarum Ser.mi Regis et Domini nostri cognita perspectaque omnibus esse sciam, sed et exteris plerisque ita comperta, ut nulla de illis probatione confirmationeque egeant. Quo fit, ut etiam magis mihi mirum sit Rev.dam Dominationem Tuam, cui eadem de me prius Augustae erant certis quorundam sermonibus relata, nisi unius horae spacio Varschoviae audivisset hic tempore satis longo, ubi frequenter una fuimus, non potuisse scire, cum utique tamen ego nihil tunc ex eis mutaveram, nihil quod de me illi subductum cuperem, vel simulaveram vel etiam dissimulaveram, ac

---

<sup>829</sup> Cfr. Dan. 2, 31-45.



ipsis etiam sacris, quibus me demisso deiectoque vultu solere interesse, relatum sibi scribit. Cum illa saepe eram, ita ut ea omnia, quae ibi rescivit, [HIVr] certius commodiusque hic illam et videre et audire, denique ex me etiam ipso cognoscere potuisse, non immerito putem.

Quam rem non ita accidisse, quod Rev.da Dominatio Tua doleat, ut credam adduci me patior, quod ego doleam. Id vero ipse non mediocriter sentio atque utinam hoc sic evenisset, ut mutuas tunc nobis in ea parte dedissemus operas, illa in quaerendo, ego respondendo, fieri potuisset fortasse, ut ego quidem ipsa docente, in sententia confirmarer, ipsa me consciente, ex suisque allegatis vires et animum sumente, in aliam transcenderet ac mihi sese, quam absens fecit, aequiorem praesens praerberet. Si namque, quemadmodum id se fuisse facturam Rev.da Dominatio Tua praetendit, canonicam scripturam in medium attulisset, ex qua ego nihil dari eiusmodi posse existimo, quod non magis pro me quam pro ipsa, non minus sit contra me quam contra ipsam, futurum; confidissem sane ipsam suis viribus confectam ac Spiritus divini potentia et afflatu, quam in illa pestilenti doctrinae Papisticae nebulis densissimis interclusa, aura contraxit, contagi[I1r]one liberatam, pati potuisse, ut in ipsam ipsius Iesu Christi Ecclesiam eiusque doctrinam, ex profundissima illa illorum fluctuum abyssu traduceretur. Quod non esse nobis fato quodam adverso minimeque, ut opinor, propicio concessum, eo etiam vehementius doleo, quod intellexi te, virum summa alioquin humanitate praeditum, quem tantopere expectabamus omnes et in quo, tanquam certissimo quodam asylo, omnes nostras repurgandarum ab idolatria in hoc nostro Septemtrione Ecclesiarum Christi spes reposueramus, in sensum se prorsus diversum dedisse, velleque non modo non repurgare errores pristinos, verum etiam summa cura, summoque studio confirmandos ac stabilendos conari. In quo, si Rev.dae Dominationis Tuae perstat sententia, vereor (quod tamen ego pro mente christiana cuperem minime), ne dum hoc maxime contendit, celeriter corruat, neve dum se posse quaelibet contra Christum tuto statuere putat, ut Cerinthus et Arrius praeter opinionem in securitate pereat, post istamque vitam, Deo, vindici iustissimo, huius suae impietatis det [I1v] poenas, non eas quidem, ut illius est opinio, purgatorias, sed gehennas aeternas, nullo aevo cessaturas. Non enim, credat mihi, diu Deus haec impunita feret. Quod quanto est certius, tanto etiam illi maiori sollicitudine et vigilantia praecavendum est. Et quod ipsamet etiam me, ut timeam admonet, diligenter cogitandum, ne non modo sibi ipsi, sed et aliis quoque poenas gravissimas accersat.

Quod enim horrere se Rev.da Dominatio Tua vehementer scribit, et corporis et animae et domus meae interitum, hoc ego, ne ipsi accidat horreo quoque; ut quae eum, in quo omnes nos vivificari oporteat, Iesum Christum, non modo non amplectatur, sed prosequatur etiam studio quo potest maximo. De me autem, cui ita Rev.da Tua Humanitas ominatur, nihil habeo quod adeo praedicem. Homo sum, nulla non parte, ut infirmitati, sic et humanae quo-

que conditioni subiectus, sed tamen, quia vera Christi Ecclesia, extra quam nulla salus, nulla vita est, confido me animamque meam non iri interitum, quandoquidem nulla, ut ipse [I2r] David testatur, damnatio his est, qui in domo habitant Domini<sup>830</sup>; de quibus et ipse Dominus per Esaiam: Qui portamini in meo utero, gestamini in mea alvo, inquit, usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo: ego feci, ego feram et ego portabo et salvabo vos<sup>831</sup>; item per Hoseam: Ego salvabo vos non in arcu, non in gladio, non equo, sed in Domino Deo vestro<sup>832</sup>.

Quomodo igitur ego mihi metuere eiusmodi interitum debeam, qui in eo coetu sum, cuius custos, defensor et salvator est Dominus? Calamitates porro aerumnas, miserias, quibus Deus Ecclesiam suam, propter maiorem sui noticiam fidemque et invocationem excitandam, affligi atque exerceri vult, si quas ipse permiserit, ita feram itaque patiar, non ut casu aliquo, aut ab homine, sed ut ab ipso Deo; idque non in furore, sed in recto eius iudicio ortas. Neque me propterea ab ipso ipsiusque Ecclesia avelli abstrahive paciar, sed quemadmodum nos ad se omnes vocat, qui onerati aut afflicti sumus<sup>833</sup>, [I2v] ad ipsum confugiam, ipsius opem misericordiamque implorabo et cum ipso David clamabo: Miserere mei Deus<sup>834</sup>, confirmaboque ac consolabor me eo ipso, quod dicit: Invoca me in die tribulationis tuae, et eripiam te et glorificabis me<sup>835</sup>. Ad quem enim rescipiam, ait, nisi ad miserum, afflictum, contritum spiritu et trementem sermones meos<sup>836</sup>. Bonus quippe est Dominus et confortans in tribulatione et agnoscens sperantem in se<sup>837</sup>.

His rebus testimoniisque instructum atque confirmatum, non est quod Rev.da Dominatio Tua vel hortetur vel etiam speret, quem ope et misericordia divina nullae calamitates, nullae aerumnae, nulli adversi etiam praesentes casus avellere a vera Christi Ecclesia et doctrina possint, illum metu eorum hisque suis comminationibus non nisi in contrarium, veris, quae magis susceptum cursum excitant ac corroborant, aliquomodo abstereri atque abstrahi. Quin hoc sibi de me polliceatur potius, nihil tam magnum, tam grave, tam arduum, triste, aut tam horrendum fore, quod non prius sim libentissime subiturus, quam eam, a [I3r] qua ipsa me tanto studio conatur avellere, Iesu Christi agnitam veritatem deseram, ac in aliud me, hoc est Antichristi vestri, Evangelium transferri patiar. Efficiam sane, cor et spiritum meum consumante Domino, ut quod me quoque Rev.da Tua Dominatio monet, ne quoniam parum admodum aut prorsus nihil, ut scire se scribit, Sacris literis dederim operae, me ut levem paleam vestrae Pharisaeae, impiae doctrinae

<sup>830</sup> Ps. 83, 5.

<sup>831</sup> Is. 46, 3-4.

<sup>832</sup> Osee 1, 7.

<sup>833</sup> Matth. 11, 28.

<sup>834</sup> Ps. 50, 1.

<sup>835</sup> Ps. 49, 15.

<sup>836</sup> Is. 66, 2.

<sup>837</sup> Cfr. Thren. 3, 25 et 2 Cor. 1, 4.

vento agitari sinam, cumque eam ipsam ob causam Doctor esse nequeam, exemplo tamen, quantum id ex me fieri poterit, proximum doceam, iuxta illud: Unicuique mandatam est de proximo suo<sup>838</sup>; item: Luceat lux vestra<sup>839</sup>.

Caeterum, quod Rev.da Dominatio Tua ex multitudine maiorique hominum parte Ecclesiam Christi metiens miratur, si in eo coetu tantum, cum quo ego sentire me confiteor, Christus esset, in quem angulum Regnum ipsius coarctatum sit, quandoquidem illi Pater gentes haereditatem et terminos terrae possessionem daturum se promiserit, dominaturumque a mari [I4r]ri usque ad mare, a flumine usque ad terminos orbis terrarum, ac omnes praeterea gentes, quascumque fecit, ad ipsum venturas, nomenque suum glorificaturas dixerit<sup>840</sup>, hic ego ab illa contra quaesitum velim, si Romana Ecclesia tantummodo esset Ecclesia, quae certis iisdemque brevibus spaciis circumscripta est, quantus iste futurus sit Ecclesiae angulus et quomodo supra dicta esse vera possint? Aut si nulla prorsus Romana esset Ecclesia, num prorsus nulla in universo mundo extaret Ecclesia? Atqui certissimum est, statim ab ipsa mundi creatione, cum ipso humani generis exordio Deum voluisse sui noticiam in mentibus extare hominum, voluisse se coli, adorari, sibi gratias agi. Propterea enim ad imaginem suam creaverat hominem, qui cum propter violatum eius imperium, prima illa dignitate primaque illa divinae mentis luce excidisset, non penitus pessundatus, sed tantummodo hortopulsus, iussus est vitam aerumnosam, omnibusque miseriis et calamitatibus plenam traducere, in labore et sudore [I4r] victum quaerere, posteritatem, per quam Deus in perpetuum glorificaretur, cum dolore et angustiis proferre, promissionique de venturo semine, in quo genus humanum erat restituendum, credere<sup>841</sup>. Ergo et tunc erat Ecclesia, ab unius tantum viri atque mulieris consortio, quasi quodam exiguo surculo, in multas maximas generationes, tribus, gentes, populos, qui in eum usque diem totum terrarum orbem repleverunt, propagata; eaque non in ipso stipite, hoc est Adam, sed in promissionem, quae Adam facta fuit, et fundata et aedificata.

Ita statim ab ipso initio mundi usque ad ipsius Iesu Christi, Domini Redemptoris et Salvatoris nostri adventum, semper aliqua Dei fuit Ecclesia, spe promissi seminis Deum glorificans et pristinae aeternitati credens. Qui coetus ita credentium non semper ex aequo magnus, sed alias maior, alias minor. Non enim universa posteritas Aadae promissioni crediderat, quin et inter ipsos eius filios, [I4v] alter malus, alter est reputatus iustus; ita ut per Mille DCLVI annos propagata, propterque eius promissionis contemptum diluvio penitus et in universum deleta, in solo Noach illiusque familia totius mundi Ecclesiam reliquerit<sup>842</sup>. Hinc patet, quam magna tunc fuerit Ecclesia

<sup>838</sup> Eccli. 17, 12.

<sup>839</sup> Matth. 5, 16.

<sup>840</sup> Apoc. 15, 4.

<sup>841</sup> Cfr. Gen., cap. 2-3.

<sup>842</sup> Gen. 6, 4 - 9, 29.

et inter quos orbis terrarum terminos conclusa. Exigua sane, misera, non conspicua, proptereaque a reliqua illa multitudine et contempta et reiecta. Sic cum Sodoma interitura erat, in sola familia Loth manserat Ecclesia<sup>843</sup>. Cum Helias raperetur, septem tantum millia hominum relicta fuisse dicit Dominus, quae genua non curvaverant coram Baal, et ea quidem dispersa oculisque minime exposita, ut etiam ipse Elias solum se relictum esse quereretur<sup>844</sup>.

Quid vero sub ipsum statim Christi adventum? Quaenam Ecclesia fuit? Num illa Pontificum, Scribarum, Pharisaeorum, qui promissionem de venturo Messia, ad Regni politiaeque restaurationem transferentes, Regem expectabant armis et viribus potentem, qui eos ab Imperio Romanorum liberaturus esset, aequisque legibus [KIr] in pace et tranquillitate rectorus? An non potius Zachariae, Simeonis, Ioseph, Helizabethae, Mariae aliorumque similibus, qui de Christi adventu ac eius spirituali Regno unanimiter consentientes, non Pontificum, non Scribarum Pharisaeorumve sequebantur deliria, sed ipsum Zachariam, Simoenem, Annam, qui veram eius doctrinae retinuerant sententiam docentes audiebant? Iam vero ipsius etiam Christi tempore quaenam aut qualis Ecclesia fuit? Illorumne Pontificum et Seniorum Populi, qui sedem occupaverant; prophetae, leges, ceremonias, iudicia in manibus habebant; ius et potestatem interpretandi soli obtinebant? An vero eorum, qui Christum, dominum mundi, salvatorem suum, secuti, omnia reliquerunt, ipsum docentem cum reliqua plebe, illaque perexigua, audiebant?

Quomodo igitur Rev.da Dominatio Tua ibi esse Christum aut Ecclesiam negabit, ubi paucitas hominum exigua appraehendit amplectiturque Evangelium? Quomodo ibi affirmabit, ubi illud ipsum multitudo ingens, et quidem praecipua, persequitur ac abomi[KIv]natur? Sed dicit fortasse: Sunt igitur ea falsa, quae praeallegavi de Filii Regno, Dei ipsius testimonia? Minime vero, in universum enim orbem terrarum exivit sonus eorum.<sup>845</sup> In uniuerso orbe sunt, qui Deum vera pietate et religione colunt; sunt qui adorant, invocant, praedicant, ac ita, ut sese per Filium patefecit, glorificantes confitentur. Sed si eorum omnium coetus, quocumque et ubicumque sunt, ad reliquam hominum multitudinem inter quos degunt conferantur, exigui sane et pene obtriti sunt. Unde constitui, ut opinor, oportet, Regnum Christi esse quidem, ut ipse Deus testatur, Regnum inter terminos terrae constitutum, a mari usque ad mare, a flumine usque ad terminos orbis<sup>846</sup>, sed non tale, quale fuit Cyri, quale Alexandri, quale fuit imperium Augusti - opibus, potentia, rerum successibus florens et conspicuum, quin abstrusum, afflictum, in maximis molestiis periculisque consitutum; semper periclitans, nonnunquam naufragia faciens; consistens tamen ac permanens ad consummationem us-

<sup>843</sup> Gen. 19, 1-37.

<sup>844</sup> 3 (1) Reg. 19, 18.

<sup>845</sup> Ps. 18, 4.

<sup>846</sup> Ps. 71, 8.

que saeculi. Ergo non est simile caeteris imperiis? Non certe [KIIr] simile est. Spirituale est. Mundi huius non est. Sic et ipse Christus testatur, Regnum, inquiens, meum non est de hoc Mundo<sup>847</sup>.

Quod vero Rev.da Dominatio Tua obiicit: Si tamen exiguum esset Regnum Christi, ut illud Germania tantum et pauculae Regni Poloniae terrulae contineant, frustra Christum mortuum esse, qui tam paucissimos sit sua morte lucratus, hic ego mihi iam satis ostendisse videor Regnum Christi in hoc mundo, quod est Ecclesia, non contineri sola Germania, non Polonia, non Anglia, denique non universa vestra, quantumcumque longe et late patet, Romana Babilone, sed totius mundi terminis. Christum autem omnium causa mortuum esse, omnes velle salvos fieri, omnes ad se ex aequo vocare, sed non omnes venire, iuxta illud: Multi sunt vocati, pauci vero electi<sup>848</sup>.

Ergo Ecclesia Christi, quam Rev.da Dominatio Tua de multitudine existimandam esse iudicat, nihil minus constat quam ipsa multitudine. Si etenim hoc esset certum et indubitatum eius iudicium, tum denique vestrae huius prostitutae et adulteratae [KIIv] Romanae Ecclesiae purpuratorum mitratorumque Sycophantarum turba non esset Ecclesia, sed potius eorum, qui Mahumeti religionem professi, totum iam propemodum orbem terrarum non pervagati solum sunt, sed etiam et occupaverunt et possederunt. Qui tamen in Christianos, quocumque sui imperii sunt in loco, multo se nobis aequiores mitioresque exhibent, ut qui illis, quod vos igne ferroque iniuste et nefarie prohibetis, liberam Christi et Evangelii confessionem libere permittunt, eosque a vi et iniuria quavis et tuentur et esse immunes volunt.

Spiritum etiam sanctum, infert ex illa ipsa paucitate Rev.da Dominatio Tua, non fuisse in Ecclesia ab hinc amplius mille quingentis annis, si verum est, quod in Germania et in paucis aliquot Poloniae terrulis Ecclesia sit. Cum tamen Salvator eum miserit, ut esset nobiscum in aeternum et doceret nos omnem veritatem<sup>849</sup>, hic ista quomodo cohaereant, non sane intelligo. Nam si ab eo tempore primum, quo Salvator Spiritum sanctum Ecclesiae suae misit, esse coepit in Ecclesia, ve[KIIIr]rum illud erit, quod ante Mille Quingentos et aliquot annos in Ecclesia non fuerit, quia non erat missus. Ex quo illud absurdum consequeretur: posse esse Ecclesiam Dei, quae non haberet Spiritum Dei. Praeterea illud etiam rationem nostram excedit. Neque quomodo illud esse verum queat, facile invenio. Si in Germania, inquit Rev.da Tua Dominatio, et paucis Poloniae terrulis Christus est aut Ecclesia, ergo amplius M.D. annis Spiritus sanctus in Ecclesia non fuit. Quasi vero Spiritus sanctus ad unum aliquem certum locum alligatus sit, et cum sit in uno, in altero esse nequeat. Egregia profecto est ista consequentia: Spiritus sanctus hic est, ergo ibi non fuit; aut: Ecclesia occidentalis habet Spiritum sanctum, ergo orientalis non habet. Ridiculum profecto hoc esset. Nam in

<sup>847</sup> Ioan. 18, 36.

<sup>848</sup> Matth. 20, 16; 22, 14.

<sup>849</sup> Ioan. 16, 13.

universum toti Ecclesiae missus est Spiritus sanctus, et ubicumque est verum verbi ministerium, ibi ut sit necessarium est.

Sed video quid velit Rev.da Dominatio Tua. Spiritum sanctum alligat Ecclesiae, Ecclesiam vero sedi Romanae et ordinariae successioni, ut si dicat: Romae [KIIIv] tantum est Ecclesia, quia ibi sedes Petri, ibi ordinaria successio, ibi potior hominum multitudo est; Spiritus autem sanctus non potest esse nisi in Ecclesia, ergo Spiritus sanctus tantum Romae est. Et per consequens in Germania, Polonia, aliisque, quae non sunt ex hac vestra Synagoga, Ecclesiis non est. Quod penitus falsissimum est. Sicut enim Ecclesia sedi Romanae non est alligata, ita etiam Spiritus sanctus alligari illi nullo modo potest. Quin si converteretur ita: in Germanorum Ecclesia est Spiritus sanctus, ergo in Romanorum non est, valeret optime argumentum hoc, quia ut album et nigrum, ita quoque Romana et Germana Ecclesia contraria sunt, nimirum Christi haec, illa Antichristi, non enim ab Apostolis fundata, sed a Romanis Pontificibus illorumque collegio fabricatae; non in verbo Dei, sed in eorundem deliriis, figmentis et constitutionibus, ut sunt: opera operata, opera supererogationis, vota monastica, Praesbiterorum coelibatus, Purgatorium, indulgentiae, Missae privatae, suffragia mortuorum, peregrinationes, Iubilei bullae, et caetera his similia, scelera[KIVr]tissimi quaestus causa a cauponariis istis, Antichristi vicariis, impudenter petulanterque instituta.

Quam rem auctoritates illae, quibus Rev.da Dominatio Tua epistolam suam claudit, Athanasii, Alexandrini Episcopi, et divi Hieronimi, columnarum Ecclesiae, satis non obscureque mihi in vobis videntur arguere. Ille enim eam demum, et non aliam, veram esse fidem affirmat, quam Apostoli, ab ipso Christo acceptam, nobis tradiderunt; nulla in re immutandam summaque eademque constanti religione et colendam et observandam. Hic autem eam solam veram dicit esse Christi Ecclesiam, quae in doctrina Apostolorum sit fundata, perpetuo duraturam, in ea permanendum ac persistendum consulens<sup>850</sup>. Iam quam cum his istorum doctorum dictis ex diametro quasi pugnet vestra fides vestraque Ecclesia Romana, puto ex superioribus sat patet. Proinde, ut finem tandem scribendi faciam, in re praesertim manifesta, ab ulteriori demonstratione supersedeo, hoc unicum certum esse Rev.dae Dominationi Tuae cupiens: In hoc, qui illi ita dicitur, abstruso et contempto Ecclesiae [KIVv] Christi angulo, ad quem per Prophaetam ipse Deus ait: Noli timere pusille grex<sup>851</sup>, malo me cum recte sentientibus et esse et haeticum dici, quam cum vestrae sanctae (si diis placet) Romanae Ecclesiae magnificis et tumentibus titulis, Catholicum et Apostolicum.

Haec sunt, quae Tuae Rev.dae Dominationi immoderata satis et odiose perstringens epistola me, hominem aulicum, multis alioquin magnis et gravibus Reipublicae curis occupatum, utut per furtivum licebat ocium, respon-

<sup>850</sup> Cfr. commentarium Lippomani in N. 81.

<sup>851</sup> Luc. 12, 32.



dere coegit. Quibus si illi non satisfactum est, existimet me non ideo scripsisse, ut satis facerem, Cathechumenum enim me, non Doctorem profiteor, sed ut quae mea est sententia in religione et quibus nitatur Scripturae fundamentis, brevissime explicarem. Sunt autem, quantum ipsi mihi cor meum perspectum et exploratum est, a candido, syncero, planeque Christiano profecta animo. Quae Dominationi Tuae Rev.dae, vel propter hoc etiam libentius liberiusque explicanda iudicavi, ut quoniam religionis emendandae causa ad nos huc venerit, horrendos [LIr] hos abusus diligenter meditetur, animoque recollecto sese in illud, quod adeo persequitur, Evangelium Christi, propagandum conferat. Nam si Rev.da Tua Dominatio, quod ut credam me illius epistola urget, animo pristinos errores abususque confirmandi huc venit, cupio illi de more Christiano, ut respiscat, in hocque se claro ac manifesto Dei verbo adduci patiatur, quo cum Christo sit ac, quemadmodum ipse vult, cum eo colligat. Sin autem verbo aeterni Dei, domino Iesu Christo, Spirituique sancto, mentes humanas illuminanti ac mundum de peccato, iustitia et iudicio arguenti, nullus apud ipsam locus est, opto, ut quemadmodum Paulus, Christianos persequuturus Damascum proficiscens, prohibitus ac conversus est, ita quoque et illa insigni aliquo externo signo ab instituto arceatur, in partes Christi Ecclesiae concedat, domumque, exuto hic domesticae superstitionis fermento et nova Christi induta iustitia, foelix et incolumis redeat. Id ut Rev.dae Dominationi Tuae cupiam, cum dilectio Christiana, tum vero aetas, professio, humani[[LIv]tas, doctrina, denique munus, quo nunc apud nos fungitur, me vehementer movent, quibus aliisque praeter hoc non obscuris virtutibus ita illam hic plurimis eius loci hominibus antecellere conspicio, ut non immerito, si amor Christi Evangeliique splendor accederet, summa atque praecipua omnium virtutum omniumque actionum condimenta, posse illam pro exemplo caeteris poni putem.

Quod enim Rev.da Dominatio Tua mihi, ut Saladino, ad mearum virtutum cumulum nihil, si quam, ut ait, persequor, fidem catholicam amplexus sim, defuturum scribit, id ego, quoniam mihi non deest, illi ipsi deesse plane existimo. Video namque, licet Rev.da Dominatio Tua de Christi nomine, nomen quoque Christiani per Baptismum sortita referat, si ad illius vita[m], moresque Saladini, qui alioquin Princeps erat et praestantissimus et multis maximis virtutibus clarus, vita moresque conferantur, nihilo ipsam plus illo habere, quam nomen. Virtutes quippe Rev.dae Dominationis Tuae sint quantum vis excellentissimae, tamen quia non ex ipsa Christi fide, sed ex Romana superstitione, [LIr] quae illis meritum iusticiae attribuit, proficiscuntur, non magis sunt quam Saladini: hoc est civiles, non Christianae. Quicquid enim ex fide non est, peccatum est. Si peccatum, ergo non virtus. Propterea dictum est: Illi nihil defuisse ad virtutem, nisi quod Christianus non erat. Cum tamen huius ipsius Principis summa animi fortitudo et moderatio, qua rerum humanarum incertam ac instabilem fortunam ita tulit, ut etiam moriturus sibi funerique suo, non quae stirpis generisve celebritatem, imperii



magnitudinem, regnorum opulentiam, victoriarum successus, denique triumphorum splendorem et magnificentiam referent, insignia, vexilla, vasa, vestes, arma, trophaea, et id genus reliqua virtutis ac foelicitatis suae illustria ornamenta, vestrae Romanae avaritiae certissima aucupia, sed quae suam istarum omnium rerum despicientiam testaretur, vitaeque humanae miseram, aerumnosam ac calamitosam conditionem, ad ultimum in tam pulcherrimo Dei opificio, tam foedissime intereuntem notaret, lineam tunicam praeferi mandavit, praecone vociferante: [LIIV] Hic, inquit, est ille Saladinus, Domitor Asiae, qui ex tanta imperii Regnorumque opulentia et amplitudine nihil aliud, nisi lineam hanc vestem secum asportat. Cum tamen, inquam, illius haec fortitudo et moderatio animi, si ex sensu et humana ratione aestimaretur, nihil aliud, quam pulcherrima, eademque praestantissima virtus sit.

Has igitur ego virtutes, Rev.de Domine, ut iam praetuli, cuperem tibi esse christianas, vera fide, vero Christi amore, vero pietatis religionisque studio ornatas, quibus si hoc lucis splendorisque adhibere volueris, non Saladinum tantummodo huiusve aetatis nostrae tibi similes quam plurimos, sed priscos etiam illos Socrates, Platones, Aristoteles, Catones, Fabios, Ciceroes, quorum adhuc illustrissima extant virtutum monumenta, longe superabis. Quibus omnibus, quanto magis Dei eiusque voluntatis cognitione praestas, tanto magis turpe est te ab illis virtutibus vinci.

Sed hic mihi venit in mentem, quod ut credam, adduci quidem plane non possum, ut tamen commonefaciam ac quo[LIIIR]dammodo liberius perstringam. Libertas Tuae Rev.dae Dominationis, qua in me admonendo, vel potius exagitando, usa est, effecit nimirum ipsam hic apud plerosque optimos et gravissimos viros de se fecisse fidem. Existimare se nulla alia commodiore compendiosioreque via posse Sacram ac Ser.mam Maiestatem Regiam hos novos istis in provinciis nuper exortos de Religione motus sopire atque suppressimere, quam si consilium suum, quod his Sacris et Ser.mis Imperatoriae Regiaeque Romanorum Maiestatibus<sup>852</sup>, Principibus sanctissimis ac sapientissimis, post bellum proximum Germanicum dedisset, quod tamen illi, propter summam eius impietatem, spreverant ac repudiaverant, exequeretur: Si scilicet, ut tunc Iohannem Fridericum, Ducem Saxoniae Imperiique Electorem, et Philippum Landgravium Hassiae, Principes praeter summum pietatis studium, peculiari etiam prorsusque rara quadam perseverantia laudatissimos, ut illius haereseos, quae praebuisse causam his tumultibus videbatur, summa et praecipua capita, afficiendos esse [LIIIV] supplicio censuisset<sup>853</sup>, Regia etiam Maiestas primos in hoc Regno hisque in provinciis praedi-

<sup>852</sup> Id est Carolo et Ferdinando Habsburg.

<sup>853</sup> Fusius de hac (falsa) postulatione Ioanni Friderico (1503-1554), duci Saxoniae ab a. 1532, electori a. 1532-1547, et Philippo (1504-1567), landgravio Hassiae ab a. 1518, praecipuis religionis reformatae fautoribus et imperatoris Caroli V adversariis, capita amputandi, vide in falsa epistula Lippomani ad Petrum Contarini (A. 28).

cati Evangelii, quod illi haeresis dicitur, authores atque promotores plectendos decerneret. Hac sola et quidem unica ratione fieri posse, ut omnibus intestinis malis ac motibus, quorum exordia in ipsis iam, quod aiunt, foribus conspicerentur, occasio materiesque omnis praeriperetur, utque ipsa Respublica in pristino suo flore pristinaque pace, tranquillitate ac integritate conservaretur. Sic tumultibus bellisque Germanicis potuisse iam pridem Caesaream Maiestatem imposuisse finem, sibi que ad res alias praeclare agendas et otium et quietem fecisse. Quod quia tunc, suadente Rev. da Tua Dominatione, praetermissum est, plena esse ibi adhuc factionibus omnia, omnia et odiis aestuare et mutuis armis magis magisque perstrepere. Proinde hoc etiam Sacrae Regiae Maiestati pertimescendum vehementer esse, et ut ne eveniat, modo quo praefatum est, impetum hunc primum, qui ut plurimum acerrimus est, celeriter reprimendum ac excutiendum arbitrari<sup>854</sup>.

Id, inquam, ego, [LIVr] Rev. de Domine, ut credam adduci quidem non possum, propter virtutis, quam hominibus nostris mihique de te fecisti, non vulgarem opinionem. Sed si verum est, ut quorundam est non obscura assertio, malum certe, turpe, impium, crudele ac tyrannicum est, neque ullo modo cum veris virtutibus, quas esse tibi christianas cupiebam, consistere potest. Quid enim, obsecro, magis impium, magis truculentum, magis a vera Christi religione alienum est, quam mentes humanas, quae alioquin in actionibus suis liberrimae sunt, velle ac conari a vera pietate, vera Dei notitia, vero amore, timore, invocatione, aliisque Christianis motibus per tyrannidem arcere atque reprimere, cum ne impios quidem variisque et insignibus scandalis obnoxios ac de ipsa via veritatis non mediocriter longe abeuntes ipse Christus, Dominus et Doctor noster, excidendos extirpandosve esse, quin ad ipsam etiam messem ferendos atque conservandos voluerit, Sinite, inquit, utraque crescere usque ad messem. Idque, ut ibidem manifestum est, ne cum tribulis ipsisque zizaniis triticum etiam evelleretur<sup>855</sup>. Hinc quam eiusmodi hoc consilium, si tamen datum est, cum Christi et Apostolorum doctrina conveniat, qui non vident, sit oportet talpa. Vult Christus ferri zizania, ne eradicetur triticum; vos, ut vestra manea[n]t zizania, eradicandum esse penitus triticum censetis. Vult item Christus errantes per verbi ministerium, in spiritu lenitatis, in viam veritatis reduci; vos, in ipsa veritate luceque ambulantes, in vestrorum mendaciorum tenebras vestris bu[ll]is, vestris decretis, vestris denique iudiciis impie, saeviter ac nefarie trahitis. Christus vult verbo coherceri puniri que errantes; vos id cum vobis toto erretur coelo, vi efficitis externa. Apostoli mentientes Spiritui sancto verbo occidunt; vos Spiritui sancto ipsique veritati testimonium perhibentes igni, ferro, laqueo occiditis et ubi (ne quid vestrae sceleratae tyrannidi desit) vi non licet aperta, venena in praesidium summitis, ut mihi est testimonio Henricus Septimus, Imperator

<sup>854</sup> Alludit ad supra memoratam epistolam Lippomani ad Petrum Contarini.

<sup>855</sup> Cfr. Matth. 13, 24-30 et 36-43.

Romanus, Florentiae, veneno Eucharistiae illito, per vestrum sacrilegum ministerium sceleratissime necatus<sup>856</sup>.

[M1r] An vero haec non extrema impietas, non summa omnibusque diris devovenda est tyrannis: quod cum ne in errantes quidem, seu ut vos vultis haereticos, vobis liceat, id vos in veros piosque Christianos, quibus esse adminiculo debuistis, inclementer usurpare? Sed quia istis exordiis, istisque artibus imperium, tyrannisque isthaec vestra in eam, qua nunc est magnitudinem excrevit, non videri mirum debet, quemadmodum ipse quoque miror, minime eum vos iisdem stratagematibus et conservare et retinere conari. Sic opes, sic Maiestas, sic Sanctitates vestrorum Romanorum Pseudochristorum auctae sunt.

Atque haec ego, hic quidem pro meo candore, meaque erga Rev.dam Tuam Dominationem christiana prorsus benevolentia, subiicienda brevibus putavi, ut si vera sunt, quae hic de ipsa, ita ut praetuli, sparsa sunt, ab iis ipsis desinat, neque existimet tam impium consilium, quod summi atque praecipui orbis christiani Monarchae et gubernatores reiciendum indicaverunt, Sacram hanc Maiestatem Regiam benevolentia, non tyrannide dominantem, [M1v] sequuturam aliquomodo esse. Sin falsa sunt, quod ego sane vehementer cupio, ut falsa esse credantur, omni cura, studio, diligentia, omni denique labore efficiat, opinionemque hanc ita de se apud plerosque conceptam, quantum potest, tollat. Quod fiet vel facillime, si Rev.da Tua Dominatio dederit operam pro munere suo, ut non expectato oecumenico generalive Concilio, non expectata Pontificis auctoritate, non Praesulum, Canonicorum, reliquive cleri voluntatibus et assensu, ipsa Maiestas Regia conventum indicat Nationalem liberum, quo hae religionis controversiae, non sine maximo, ut iam videre licet, metu periculi excitatae, aliqua iusta et tolerabili ratione, dum Generale Concilium perficitur, et componantur et determinantur. Propnaturque aliqua certa administrandarum his in Provinciis Ecclesiarum norma et ordinatio. Hoc ut ita sit, pietas primum religioque postulat, expetit Patria, exigit Respublica et communis tranquillitas; denique, quod etiam non postremum est, munus officiumque [M2r] flagitat Regium, iuxta illud: Et nunc, Reges, intelligite, erudimini qui iudicatis terram, amplectimini filium, ne quando irascatur Dominus et pereatis de via iusta<sup>857</sup>; et illud: Attollite portas, Principes, vestras et elevamini portae saeculi, et introibit Rex gloriae<sup>858</sup>. Vult quippe Deus Ecclesiae suae curam verbique sui ministerium non in solis consistere Pontificibus aut Episcopis, sed etiam per Reges atque Principes et propagari et conservari, secundum illud Esaiiae: Erunt Reges nutricii tui, et Reginae nutrices tuae<sup>859</sup>. Quomodo vero nutrient, quomodo con-

<sup>856</sup> Henricus VII (1274/6-1313), dux Luceburgensis, imperator Romanus ab a. 1309, mortuus est in Bono Convento (Buonconvento) prope Senas 24 VIII 1313. Falsum rumorem, quasi veneficio a confessario interfectus esset, Guelfi spargebant propter controversiam ei cum Clemente V intercedentem.

<sup>857</sup> Ps. 2, 12.

<sup>858</sup> Ps. 23, 7.

<sup>859</sup> Is. 49, 23.

servabunt aut tuebuntur, si non dederint operam tuendae atque conservandae in Ecclesia doctrinae Evangelii, quod summum atque praecipuum illius nutrimentum est. Propter hoc in Regno Israelitico Rex in solio residens iubetur exemplar legis accipere a Sacerdotibus Leviticae tribus, illudque et habere secum et omnibus vitae suae diebus legere, ut discat timere Dominum Deum suum et custodire verba et ceremonias eius, in lege praeceptas<sup>860</sup>. [M2v] Sic Iosaphat, sic Ioas, sic Ezechias et plerique alii praestantissimi Reges fecerunt. Non solum librum legis Domini circumferre per multas Iudaeae urbes populumque ex eo docere et erudire iusserunt, sed etiam, congregatis populis, Synodos conventusque fecerunt, multaque in eis ad conservandum Ecclesiae ministerium necessaria constituerunt. Quin et ipsae quoque principales oecumenicae quatuor Synodus, quae nunc in Ecclesia extant, non Pontificum autoritate, quod Rev.dam Tuam Dominationem melius quam me scire puto, sed Regum Imperatorumque decretis convocatae sunt, ut Constantini, Theodosii, Valentiani atque Martiani<sup>861</sup>. Horum exemplo si Regia Maiestas, non expectato, ut iam commemoravi, generali Concilio, pro munere officioque suo Synodum in Provinciis suis indiceret Nationalem, facilius motus hos religionis, qui universo suo imperio periculum minitantur, eo modo componeret, quam si ex more vestro Romano Tuaeque Rev.dae Dominationis, ut nonnulli opi[M3r]nantur, sententia, in tyrannidem se et supplicia converteret. Atque ut tandem hoc eo etiam libentius Sacra Regia Maiestas faciat, danda est Rev.dae Tuae Dominationi (quod ego ipsam, per nomen Dei vivi perque pietatem et religionem christianam, et oro et obtestor) omnis opera, sic fiet, ut istam de se sparsam opinionem tollat penitus et Ecclesiae Christi hoc in Regno et in his terris consulat optime, eamque laudem hinc secum auferat, quod se consulente, pax nobis et tranquillitas, denique ipsa etiam Respublica restituta sit.

Quod reliquum est, rogo, si forte prolixius aut minus placide, quam illa cupiebat, respondi, ut id sibi potius quam mihi imputet, existimetque me amplitudine illius obiectionum, quas vix integri tractatus singulas caperent, provocatum atque impulsum fecisse, ut epistolae rationem quodammodo excederem. Porro divina quadam ordinatione accidit, ut cum videri possem serius ad literas Rev.dae Dominationis Tuae respondisse, haec Synodus [M3v] vestri ordinis hominum intercesserit, quam ubi epistola mea, ut nihil sane dubito, anticipaverit, sat opportunum tempus mittendae illi advenisse quisque fatebitur. Nam, ut ex ea tunc meam de religione et his quae a Rev.da Dominatione Tua obiecta fuerunt sententiam, satis commode Rev.da Dominatione Tua intelliget, ita patribus istis amplissimis, qui illuc ex tota Ser.mi Regis nostri ditione tanta frequentia confluunt, idipsum commodissime et op-

<sup>860</sup> Deuter. 17, 18-19.

<sup>861</sup> Scilicet concilia: Nicaenum a. 325 a Constantino Magno, Consantinopolitanum I a. 381 a Theodosio I (379-395), Ephesinum a. 431 a Theodosio II (408-450) et Chalcedonense a. 451 a Marciano (450-457) convocata.

portunissime monstrare poterit, ut et illi videant, iudicent, meque, ut par est, doceant, an non recte et secundum sacrarum Scripturarum normam, atque adeo Catholicae illius primitivae Ecclesiae sensum haec omnia a me scribantur.

Optarim autem, ut Patres illi in hac Synodo congregati, modis omnibus dent operam, ut vetus illa vere Christiana atque necessaria in his nostris regionibus Ecclesiarum instituat reformatio, et haec praesens prophana Deoque invisae fidei, veterum sacrorum et honestae disciplinae deformatio e medito tollatur; id vero ut fiat [M4r] Rev. dae Domnationis Tuae consilio et autoritate, pro eo quod praesefert officio, precor; itidem illi a Deo Patre misericordiarum, per gratiam Spiritus sancti eam mentem dari, ut, positis affectibus, solius Christi gloriam et afflictae eius Ecclesiae salutem quaerat; ab eiusmodi vero practicis absteat, qualibus non ita pridem Iudaei Sochacoviae, cum magna omnium qui recte sentiunt admiratione et stupore, exusti fuere, sed manifestae et ipsa luce clariori veritati cedens, eo omnia consilia et deliberationes dirigat, ut Regnum Dei in terris floreat et quam latissime propagetur, ut ita sit nomen eius benedictum, qui solus vivit et regnat in perpetuas aeternitates. Datum Vilnae, die Prima Septembris, Anno a Virgineo partu 1556.

Rev. dae Dominationis Tuae addictissimus.

Nicolaus Radzivil  
manu propria ssubscripsit

<sup>a)</sup> *Hic explicit textus in omnibus apographis ex cancellaria Lippomani provenientius et sequitur adnotatio de causis interruptae*

*transcriptionis, in nota de origine documenti dicente adducta.*

### N. 113.

**Aloisius Lippomano**  
**Ioanni Carafa, duci Paliani**

Lovicii, 22 IX 1556.

